



EPHEMERIDES

IOANNIS STADII

LEONNOVTHENSIS,

MATHEMATICI CELEBERRIMI,

Secundùm Antuerpiæ longitudinem ex tabulis Prutenicis supputatæ ab anno 1583. *vsque ad annum* 1606. *& ad* S.D.N. *Gregorij* XIII. *anni reformationem accuratissimè accommodatæ.*

Quibus Schemata, & prædictiones annorum mundi & Eclipsium luminarium accesserunt, auctore FRANCISCO IVNCTINO Florentino Sacræ Theologiæ Doctore.

LVGDVNI,
In off. Q. Philip. Tinghi, Florent. Apud Simphorianum Beraud.
ET
Stephanum Michaelem.

M. D. LXXXV.
Cum priuilegio Regis, ad decennium.

MAGNIFICO VIRO

D. AMERICO VERAZANIO PATRICIO FLORENTINO, IN INCLYTA VRBE LVGDVNO, FLO-

rentinæ nationis Consuli meritis-
simo. Franciscus Iunctinus
Doctor Theolog.
S. P. D.

QVICVNQVE hominem ipsum, Americe ornatissimè, diuinæ quodammodò naturæ simulachrum affirmare sunt ausi, à veritate nullatenus aberrarunt. Compertissimum namque est pluribus illum, mirísq; donis ab altissimo rerum conditore esse donatum. Quibus similitudinem, atque imaginem quandam diuinitatis repræsentat. Atque vt reliqua nunc omittam, quibus summa hominis nobilitas, virtutísque ipsius præstantia manifestissimè cernitur, id certè potissimum omníque admiratione dignum semper existimabitur, quòd rerum futurarum, & earum quæ à communi cognitione maximè distant, suprema illius præscientiæ participationem quandam sit assecutus. Cùm

 etenim

etenim Astra (vt sacræ quoq; literæ attestantur) ea ratione inter cætera creata existant, vt sint nobis in signa, & tempora, & dies, & annos, hinc fit, vt hominis iudicium plurima ex eis futura coniiciat, prænoscat, venturáque prædicat. Quis sanè igitur vnquam negare poterit diuinum illud esse munus, diuinæq; naturæ specimen præferre? Qua quidem in re cùm innumeri penè tam antiquioribus, quàm nostris hisce temporibus clarissimi euaserint, Joannes Stadius vir inter omnes suæ ætatis in Mathematicis disciplinis eruditissimus ei rei nomen certè haud obscurum attulit. Qui cum ferè vniuersæ vitæ suæ curriculum his in studijs consumpsisset, in iisq; dum in Parisiensi Gymnasio Mathematicen publicè profiteretur, extremum claussisset diem, has Ephemerides à se confectas nobis reliquit. Quas ipse magno Hispaniarum Regi Catholico Philippo primum, auctásque exinde Lazaro Schuendio Cæsarei exercitus Duci summo dicauit: quæ à Hieronymo Stadio eius filio post mortem ipsius adhuc sex additis annis Gulielmo Lantgrauio principi iterum fuerunt dicatæ. Postremò cum in manus meas incidissent: animaduerterémq; prædictines ipsas, annorúmque vaticinia magnam huic operi dignitatem procul dubio posse conferre: eò quod operis anima, spiritúsque illa quodammodò sint (sicut vnusquisque peritus à malignitate alienus iudicare poterit) laboraui sanè, vt illud efficerem. Quod cum à me perfectũ esset: singulisq; annis proprium adiecissem vaticinium, superiorum sequutus exemplum, cùm iam typis librũ tradi curassem, nolui ne sub alicuius nomine in lucem prodiret. Cumq; tu mihi inter alios occurrisses, cui plurimum me debere existimo, non modo propter gradum quem inter nostræ Florentinæ nationis homines supremum in hac vrbe Consulatus obtines, at certè propter singulares animi tui dotes, atque virtutes, quibus semper fuisti præditus, quas dignitatibus facio pluris: & ob quas à multis nobilibus, magnísq; viris haud mediocriter coleris, & amaris, statui hũc ipsum tibi inscribere: donóque dicare. Quod quidẽ sine authoris præiudicio facere poteram. Rogo igitur te, vt eo ipso animo munus hoc licet parvum accipias, quo tibi à me offertur. Qui si maius haberem, maius profectò præstarem. Faxit autem Deus vt virtus illa probitásque clarissima, quæ apud omnes inte lucet, iter sit ad maiores, præstatioresq; te gradus euehendi: eámque tibi felicitatem afferat, quam ego reliquiq; amici, ac beneuoli tui summopere exoptamus. Vale. Lugduni. XV. Kalendas Iulij. Anno domini

M. D. LXXXIIII.

AD BENEVOLOS LECTORES.

POST obitum Ioannis Stadij, qui anno domini 1579. Lutetiæ obiit, contigit vt Ioannes Antonius Maginus Patauinus excellens sanè philosophus has Ephemerides vituperandi occasionem arripuerit: vt clarius forsitan ex eo nomen à se confectis compararet: huic insuper authori absque vlla modestia detrahens. Quæ quidèm res, viuos scilicet cum mortuis dimicare, laudabilis sit, an non, dicant ipsæ leges. Contra mortuos scriptis inuehi non sine timore fieri certè deberet. Nequi prouerbiantes dicerent, quòd cum mortuis, mortuis tantum liceat dimicare. Hoc autem à me modo dictum est, non ea profectò de causa quòd Stadium tueri velim. Cum namque Italus ego sim, ipse verò Germanus, huiusmodi defensionem suscipere ad me nequaquam pertinet. Quinimò significatum est mihi, in Germania, vbi viri in ea facultate disertissimi, atque celeberrimi haud pauci reperiuntur, quosdam iam sese ad Magini obiectionibus respondendum accinxisse. Verùm quis sanè ignorat, cum Stadius interdum à Magino non, nisi de quinque minutis in Mercurij motu (quem post Lunam inter cæteros cœli Planetas velocissimum obtinet) quibus Magini Ephemerides à Stadij Ephemeridibus differunt, arguatur, inane id opus nimis, atque hominis omninò à curis vacui prorsus existere? Meminisse hic philosophus certè debebat hominem se esse, atque vt homo sese in errorem labi procliuem. Sicut ipsi contigit, quò ad vrbis Venetiarum longitudinem, vbi eius Ephemerides collocantur. Ab hocq; in maiorem adhuc errorem decidit, quòd ignorarit sanè sub qua longitudine Prutenicæ tabulæ calculentur. Quod quidèm fassus ipse est, postea quàm à me publicis scriptis est reprehensus. Quapropter verè ei dici poterit, quod ab Esaia propheta dicitur, Sapientia tua, & scientia tua

tia tua teipsum decepit. Illud autē negare nequeo, quòd vbi Stadium Maginus reprehendit, Michaël quoq; Mæstlinus vir doctissimus in suis Ephemeridibus anno 1580. impressis cum Magino, vel ipse potius Maginus cū Mæstlino, quò ad cœlestes attinet motus in eandem cedat sententiā: postquā Maginianæ Ephemerides anno 1582. typis traditæ sunt. Verum illud interest inter Maginum atque Mæstlinum. Mæstlinus etenim honorficis quidē verbis: Maginus autem non sine dedecore de Stadio loquitur. Sed non obstantibus Magini de Stadio detractionibus, Bibliopola quidam ad communem studiosorum vsum, atque eò, quòd ab omnibus ferè prouintiis hæ Ephemerides, magno sanè desiderio efflagitantur, rursus eas ad nouam Gregorianam anni reformationem accommodatas, atque redactas typis modò mandandas curare instituit. Ego verò amicorum adductus precibus, cuiusq; anni iudicium, cum luminariorum Eclipsium vaticiniis, ipsis adieci: iuxta quod vsque ad annum 1596. fuerunt ab ipsomet Stadio calculati. Cæterum quia anno iam superius posito, hæ Ephemerides à Bergensium, Prutenicarumq; tabularum cœlestibus motibus deuiant, mea hæc vaticinia haud amplius iuxta has Ephemerides, verum secundùm Copernici, atque supradictarum tabularum hypotheses accomandantur: quemadmodum ex ipsis annis Eclipsiumq; figuris apparebit. Adeò quòd mediocris cuiusque intellectus, dummodò tabularum cognitione non careat, veritatis ipsius iudex esse, ac differentiarum quæ inter vnum, & alterum calculum contingunt, sententiam ferre facile poterit. Atque calculorum diuersitatem ex longitudinum, radicùmve diuersitate dignoscet. Cum vnicuique planetæ is motus, quem per horam, vel per diem, vel per totum denique annum regulariter complet, assignetur. His additæ sunt præterea æquationum Planetarum tabulæ, ad ipsorum motus æquandos: propter diuersitatem cursus, quem supra mundi centrum sortiuntur. Quæ sunt ipsæmet eædem in omni tabularum genere, quæ Copernicum imitantur. Tabulæ namque æquationum Copernici non tot habent in ipsarum calculo fractiones, sicut nec meæ habent. Quas equidem absolutas nominaui: quia minori sanè labore cœlestes ipsis motus, quam Prutenicis, quæ secundos, pluresq; alias fractiones continent, quæ tædium certè magnum, laboremq; non mediocrem afferunt

afferunt, calculari possunt. Ob quam varietatem (quæ quidem parua admodum inter tabulas vtrasque intercedit) magnos excitat clámores Maginus in suis Ephemeridibus contra Stadium, measque tabulas. Quamobrem fateor equidem, quod si æquationum tabulæ conderentur, quæ secundos non tantùm, vt Prutenicæ, sed tertios quoque haberent, inter ipsas Prutenicas, & illas aliquid etiam differentiæ suboriretur: veluti periti cuiusque hominis ingenium me id melius nouit. Modo ne longiores simus quàm decet, vtq; aliquid ex iam à nobis dictis concludamus: meæ quidem purgationis causa à me assertũ velim, nihil me his Ephemeridibus addidisse, præter ipsamet vaticinia: quæ sanæ omnia priscorum, modernorumq; Astrologorum obseruationes existunt. Postea quam nihil à nobis scribitur, aut dicitur, quod prius dictũ illud non fuerit: vt Comicus ille celeberrimus affirmauit. Ac quid tandem quisq; putat esse suum? Et quia hæ Ephemerides non ea, quæ necessaria erat, diligentia, atque à Corrigente huius facultatis ignaro emendatę fuerunt, haud pauca inter imprimendum subierunt errata: quæ Lectorum iudicio relinquuntur. Mea tantum vaticinia, Lunæq; motum in signorum positione ad commune beneficium emendaui: in cęteris verò vnusquisque corrector existat. Et hæc hactenus quò ad meam attinet purgationem. Quam ego edidi, ne vbi sum omninò innoxius, ipsi me detractores lacerarent, inuectiuasque in me conscriberent. Cæterum vos, O candidi Lectores, rogatos velim, vt prædictiones hasce meas diligenti consideratione expendatis: in quibus si in aliquem inciderim errorem, benignè illum corrigatis: quoniam scientia hæc omninò vera est: sed artifex profectò ignarus tantę scientiæ fuit: quia multorum iam annorum grauitate confectus, imò & graui morbo oppressus, hæc iudicia ea qua decebat diligentia, atque solertia considerare, pertractareque non valuit.

IOANNIS STADII MATHEMATICI Belgæ, Epitaphium.

IEHOVÆ. SACR.

IO. STADIO, MATHEMATICO, AB EDITIS TABVLIS ET EPHEMERIDIBVS ASTROLOGICIS, COMMENTARIISQVE HISTORIARVM, PROPTER ACVMEN INGENII CLARO, PHILIPPI HISPANIARVM REGIS HONORARIIS LOVANIVM, DEINDE LVTETIAM PARISIORVM AB HENRICO III. GALLIÆ REGE, AD PVBLICAM EARVM DISCIPLINARVM, QVAS CELEBRI STVDIOSORVM HOMINVM IN ILLARVM VRBIVM ACADEMIIS CONCVRSV DOCVIT, PROFESSIONEM ADSCITO, VIRO ITAQVE DISERTO, IO. MATALIVS METELLVS SEQVANVS I. C. CELTA AMICO BELGÆ, MEMORIÆ CAVSSA.

STADIVS & numeris meritus Tempora certis,
Et vaga quo gressu se simul Astra petant:
Stelliferi Athlantis defunctus munere, chara
Dißitus at patria, Parisiis moritur.
Munera quo heic viuens: Cœli & conuexa pererrat,
Et fœlix Terras despicit a Superis.
Maxima debetur Scriptori gloria, Cœlum
Qui stabilit metis, lustrat & his numeris.

VIXIT ANNIS LIII. OBIIT PRIDIE KALEND. NOVEMB. cIↃ. IↃ. LXXIX.

exercitui lege exercitus	*clamores. Maginus* clamores Maginus
dignitates dignitatibus	*sanæ* sanè

Errata in iudiciis annorum & Eclipsium luminārium.

pag.	lin.	errrata	correcta.
200.	10.	*demonstratur*,	demonstrātur,
228.	4.	81.	dele quia superfluū est
	26.	*conuenit*,	consueuit
231.	20.	*Almuter*,	Almuten
	25.	*domus.*	domui
	31.	*corruscationes*	coruscationes
260.	18.	*Martemq̃*,	quia superfluū est
261.	22.	*tempus ergo.*	tempus. Ergo
294.	15.	*Ve acolis.*	Vę accolis.
324.	11.	*& procli.*	ex procli.
352.	9.	*terræ.*	terra
384.	8.	*Saturnus.*	Saturno
	9.	*progrediens*	progrediente
385.	2.	*finem.*	fidem
	3.	*bellici*	belli
	9	*Abissimus*	Altissimus
414.	4.	*Vero*	Vere
417.	5.	*& Eclipses*	eę Eclipses
418.	8.	*denota*	denotat
	29.	*magnas*	magna
515	16.	*euasuræ*	euasura
542.	32.	*adhibeo*	adhibeam
544.	6	*insignis*	in signis

pag.	lin.	errata	correcta.
577.	11.	*Lunæ*	Lunęq;
	22.	*occupauerit.*	occupauerint
665.	2.	*iacturáque*	iacturamq;
698.	12.	*alias coïcit*	aliter. Coniicitq;
726.	6.	*1698.*	1598.
	26	*emigrari*	emigrare
730.	9.	*ascentionum*	ascensionum
731.	4	*influentes*	influentibus
	5	*sint*	sit
	16	*tamen*	dele, quia superfluūest
	18	*exercet*	exercebit
	19	*croceum*	croceum
158.	9.	*tussis*	tussi
	18	*dissentiones*	dissensiones
	23	*Belgico*	Belgia
759		*in hoc*	in hoc anno
		Lunæ	Lunæ erit
760	2.	*apud eos*	dele
760	5.	*Eclipiici.*	Ecliptici
	13	*Croceo*	croceo
788.	27.	*Scelera*	Scelera
789.	13	*oriatur*	oritur
846.	17	*illæsa cōseruat,*	illęsā cōseruet

Errata in canonibus.

pag. 121 *in fronte tabulæ, quæ intitulantur Canon æquationis motus Lunæ repone in loco* ♉. ♊. ♎. ♏. ♒ *hæc signa.* ♊. ♏. ♎. ♐. ♒ *hæc signa.*

Errata.

prior numerus paginam, alter diem mensis indicat in motu ☽ repone. hæc signa.

214.	31.	♑
234.	11.	♑
236.	17.	♉
238.	11.	♓
240.	11	♉
244.	11	♏
246.	1.	♈
246.	11	♒
254	1.	♎
256	11.	♈
268	1.	♑
270	11.	♎
288	11.	♎
296	7.	♏
296	11.	♎
298	11.	♐
300	11.	♐
314	1.	♉
314	11.	♎
318	11.	♑
328	1.	♍
328	2.	♐
328	11.	♈
332	1.	♑
334	11.	♎
336	1.	♈
346	11.	♈
348	1.	♐
348	11.	♉
355	1.	♈
364	1.	♊
366	1.	♎
374	1.	♑
374	11.	♊
376	11.	♎
396	25.	♎
406	21.	♈
406	26.	♊
406	28.	♎
408	1.	♏
410	11.	♒

In motu ♂

238	1.	♒
284	1.	♎
296	1.	♑
304	1.	♈
316	1.	♒
364	1.	♈
408	1.	♑
644	1.	♓
644	11.	♈
702	1.	♑

In motu ♀

238	1.	♑
256	1.	♐
256	7.	♑
276	1.	♊
302	1.	♓
310	1.	♏
316	1.	♐
316	10.	♑
336	1.	♈
364	1.	♉
370	1.	♏
404	1.	♐
644	1.	♈
754	29.	♓
830	5.	♉

In motu ☿

238	1.	♓
268	1.	♐
270	1.	♒
276	1.	♈
303	1.	♓
304	1.	♉
310	3.	♏
316	1.	♎
336	1.	♊
338	1.	♊
351	1.	♑
364	1.	♈
376	1.	♒
390	1.	♑
404	1.	♍
502	1.	♒
564	1.	♒
732	1.	♑

DOCTISSIMO AC CANDIDISSIMO VIRO, TVM MATHEMATICO INSIGNI, D. IOANNI STADIO LEONNOVI

thesio S. D. P. D. Gemma Phrysius, Medicus ac Mathematicus.

QVID *cessas Stadi, cur ante tubam tremor occupat artus? Toto iam pectore desidero videre labores tuos verè Herculeos, quos in colligendis motibus planetarum diurnis, atque (vt vocat Ptolemæus) συζυγίαις desudasti. Nescio vtrum obstet, verecundiáne an metus. Verùm vtrunque, vel me, vt animo sis securo, hortante, depones. Sed si mea auctoritas satis (quod vereor) leuis alioqui videbitur, ea dabitur ἀσφαλεία satis firma aduersus quosuis, ac quantumuis petulantes Tyrannos, qua tutus totum peragrabis, si lubet, orbem. Sed inquies, cuius authoritate tanta poterit dari securitas? Sanè ab omnium artium Regina & iusta gubernatrice τῇ ἀληθείᾳ. Quæ si forsan alibi non satis suas vires exerit, ac supprimitur: in hoc tamen studij genere, quod verè ἀποδεικτικὸν est, nulla vi argutiarum, nulla oblatrantium turba, aut virulentorum malitia obscurari aut supprimi poterit. Hac igitur duce intrepidus pergito, ac nouas tuas Ephemerides in lucem prodire sinito. Primus occlamantium aggressus difficillimus erit, fateor: & mox audies, vix limen egressus proprium. Quorsum πρόδοξος ille philosophus? quid cum Prutenicis tabulis aliud molitur, quàm vt è manibus studiosorum Alphonsi tabulis excussis, atque eis quidem tam dudum à maioribus nostris in vsum receptis & approbatis, totum orbem in nouam caliginem deducat? & tantorum virorum suffragio excluso, totum ad se trahat? Tum mox: Quis leget hæc? Nam theseis habet à communi philosophorum sententia prorsus alienas, & ne intellectu quidem peruias: Quis tam εὐπειθὴς est, vt credat terram moueri, stante cœlo? atque adeo ipso Sole in medio vniuersi conquiescente? Demum & illi Reginam adducent aduersum tuam acerrimè vrgentem: Nónne, inquient, hi planetarum motus atque eorundem configurationes multum à tabulis Alphonsi, Peurbacchij, aliorúmque ferè omnium authorum discrepant? In Mercurio ad 10. & 11. subinde partes, siue vt vulgò loquuntur, gradus: In Martis stellæ motu ad 4. ferè gradus: In Sole, cuius motus in scrupulis iam minimè notus est, ad dextantem propè partis? Quis tam manifestas contradictiones ferat? quis tam sequaci est ingenio, vt non potius in receptis authoribus acquiescat, quàm iam nuper extructis tabulis, ijsq; ex thesibus inauditis, & naturæ velut repugnantibus, concinnatis? Hæc atque alia forsan grauiora audies mox ab initio, verùm tu contra audentior ito: adnitere contis remisq; aduersus has procellas, non admodum formidabiles illi, qui iam dicta ἀσφαλεία munitus incedit. Non enim res semper æstimanda est*

ab authoritate tractantiũ, sed adhibita demonstrationis norma, ὥσπερ πρὸς τὴν ἡρακλεῖον λίθον, expendenda est. Neque iterum, an vetera, an noua sint, quæ tractantur, refert: sed potius Aristotelis consilium vtrobique rectißimum sequendum est, quo pronunciat, φιλεῖν ἀμφοτέρους, πλάθεσθαι τοῖς ἀληθεστέροις δεῖ. Hoc sequuti maiores nostri, omißis Ptolemæi tabulis, sibi nouas extruxerunt, quod vnicum fuit Alphonsi studium plusquàm Regnum. Habet igitur in Mathematicis disciplinis parum ponderis authoritas, sed vnicus veritatis scopus hic nobis præ oculis est habendus, & in hunc εὐστόχως collimandum. Quòd nobis eam differentiam, quæ in tabulis Alphonsi & Prutenicis deprehenditur, obijciunt, nihil vrget prorsus, sed magis illos confundit, modò absterßis oculorum lemis, acutius rem intueri velint, & veritatem cognoscere cupiant. Verùm quum illi sint ἀθεωρητοὶ, ἀμύητοι καὶ ἀγεωμέτρητοι, de rebus tam arduis stultè stolidegʒ iudicant. Ideo & seipsos veritate priuant, quum veram inuentionis viam non ingrediantur. Vidi nuper haud parui nominis virum, qui motus planetarum emendaturus, assumit in eum vsum periodos, cùm ex Ptolomæi, tum ex Alphonsi tabulis: Demum in non errantium motibus deprehendendis, vtitur planetarum locis tanquàm rectè collocatis, cùm sint ex vulgaribus tabulis tantum supputata: Ideo & Basiliscum stellam Regiam collocat in leonis Dodecatemorio, parte 22. scrupulo 8. Verùm nos eandem stellam, secundùm Ptolemæi doctrinam deprehendimus in 23. parte eiusdem signi, cum triente: sicut etiã rectè docet Prutenicæ tabulæ, omnium, quas hactenus orbis vidit, exquisitißimæ. Sic hisce nostris oculis congressus Saturni & Martis aspeximus, per sex & amplius dies anteuertere, in Stoflœri Ephemeridibus annotatos. Et quãtum in Martis motu tabulæ Alphonsinæ (ex quibus hactenus Ephemerides collectæ sunt) aberrent, docuimus, demonstrauimusq̃ʒ in libello nostro de Radio. Nihil dicam nunc de Luminarium defectibus, quantum calculus Alphonsi ab experientia recedat. Omitto intolerabiles in motu Mercurij errores. Taceo æquinoctij verni situs fallacißimos, aliaqʒ multa, quorum nos quotidiana obseruatio adiuta per Geometricas demõstrationes certiores facere potest. Hoc studium fuit Copernici, viri ingeniosißimi & solertißimi, hoc nos pro nostra tenuitate per multas obseruationes, ex quibus hæc pulcherrima scientia initium progressumq̃ʒ capit, adiunctis etiam demonstrationum fulcimentis infallibilibus, sequuti sumus. Hoc demum ordine suam μεγαλωστὶ σύστασιν exstruxit diuino sanè inuento Ptolemæus, Copernicus deinde suum opus Reuolutionum absoluit, ex quo Erasmus Rheinholdus indefesso labore tabulas elaboratißimas Prutenicas collegit. De his igitur nemo censuram ferre poterit, nisi qui eisdem principijs vsus, hoc est, τοῖς φαινομένοις ἐξ ἀνάδειξεσι, simili vt illi via processerit. Verùm hoc opus, hic labor est, sic patet iter ad astra. Taceant igitur, etsi placeat, conficiant sua prognostica (vt vocant) ex malè locatis, tam fixis, quàm erraticis stellis. Auspicentur annum 12. horis ante verum æquinoctium: garriant graculi: ineptiant, quantum velint & lubeat: interim permittant εὐσχεσέρως φιλοσοφοῦντας suis frui commodis, vel si placeat ἀφθόνως & candidè impartitis vnà cum illis fruantur. Ac tantum de diuersitate tabularum & de authorum authoritate. Restat iam vltimus nodus de Terræ motu, Solisq̃ʒ in mundi centro quiescentis τὸ παράδοξον. Verùm quum & philosophia, & demonstrationis methodo careant, non intelligunt hypothesium causas & vsum. Non enim illa statuuntur ab authoribus, tanquàm necessariò ita se habere debeant, neque aliter constitui possent. Sed vt assumptis non prorsus absurdis, sed naturæ congruis exordijs, habeamus certam rationem motuum correspondentem, in cœlo conspicuis stellarum locis, tam pro tempore futuro vel elapso, quàm pro præsenti. Quamuis verò hypotheses Ptolemæi prima facie sint plausibiliores, quàm Copernici, non pauca tamen illæ absurda committunt, dum stellæ in suis circulis inæqualiter moueri intelliguntur, tum non habent tam euidentes τῶν φαινομένων causas, atque illæ Copernici. Nam quòd tres superiores planetæ (vt demus

mus exemplum) ἀκρόνυχοι, siue è diametro Solis positi, semper sint in perigeo sui epicycli, assumit Ptolemæus: atque hoc est τὸ ὅτι. Verùm Copernici hypotheses idem illud necessariò inferunt, ac demonstrant τὸ διότι. Neque quicquam ferè absurdum naturalibus motibus committũt, vnde hic amplior cognitio de planetarum distantijs colligitur, quàm ex illis. Quin si quoque quißpiam velit, poterit illos motus terræ, quos præter duos primos ponit, ad cœlum referre, ac vti ijsdem Canonibus calculorum. Sed non placuit viro doctißimo & prudentißimo, ob ingenia hæc indomita, totum Hypothesium suarum ordinem inuertere, contentus statuisse, quæ ad veram τῶν φαινομένων inuentionem sufficerent. Habebã multa, quæ hic adijcerem, nisi desiderium animi mei me stimularet ac vrgeret, vt te mox ad editionem tuarum Ephemeridum protruderem, cogeremq̃ʒ. Vides me omnes scrupulos, qui molestiam in progressu facerent, quantum in me est, exemisse. Perge bonis auibus, absolue stadium propositum, amicißime Stadi: crede mihi (si quid ego rectè iudico) accipies βραβεῖον nominis æternitatem. Vale. Louanij, pridie Calendas Martij. Anno 1555.

HERMETIS TRISMEGISTI IATROMATHEMATICA (HOC EST MEDICINÆ CVM MATHEMATICA CONIVNCTIO) ad Amonem Ægyptium conſcripta, Interprete Ioanne Stadio Leonnotheſio.

RADII ex ſeptem planetis emiſſi multiplicantur & commiſcentur in ſingula hominis mẽbra, dum in vtero matris conceptus coaleſcere incipit. Nec ſecùs quidem dum in hanc lucem prodit, euenire ſolet, iuxta poſitum duodecim ſignorum, ita vt Arieti caput dicatum ſit.

Senſoriæ partes hoc modo ſeptem planetis tributæ ſint.
Soli oculus dexter, Lunæ ſiniſter.
Saturno auditus aures q;, Ioui cerebrum.
Cruor ſanguis q; Marti, Veneri olfactus guſtus q;.
Mercurio lingua & gurgulio.

Mutilatur itaque aut vitiatur membrum illud, cui in conceptu aut genitura afflictus planeta dominabitur.

Sunt etiã in homine partes præcipuæ, & generaliores quatuor, Caput, Pectus, Manus, Pedes. Si verò ſtella, quæ ſingulis partibus præſedit, aut conceptus, aut genituræ tempore malè affecta fuerit, eadem afflixit etiam ſibi attributas partes, aut ſingularum partium particulas. Nimirum aut oculum alterum aut vtrunque, Sole aut Luna malè diſpoſitis: auditum aurẽſue aut dẽtes, Saturno afflicto.

Linguæ aut ſermonis vſum Mercurius oppreſſus adimit, vt quæ radio ex malefico planeta alicunde emiſſo, aut ſugillatæ, vitiatæ, aut mutilatæ ſint. Nec aliter in pectore, aut pulmonem vitiatum, aut iecur, aut ſplenẽ, aut cor, aut aliquid ex inteſtinis corruptum deprehendimus.

In

In manuum q; pedum q; conſideratione obſeruabimus, an digiti, an vngues, aut harum particularum aliqua, iuxta cognationem, aut affinitatem dominantis planetæ, malè affecti ſint.

Ad iſta ergo detrimenta, quæ curatione corrigi poſſunt, conuenientia auxilia adhibere oportebit, & reſiſtere morbo per planetas, contrarias vires & naturam habentes.

Saturno quidem aſſignata ſunt refrigerantia, & ariditate ſiccitateque extenuantia.

Mercurio congelantia & flatuoſa naturaliter tribuuntur.

Marti calefacientia & implentia, vtpote acerrimo, incãdeſcenti, & ſanguinis generatori.

Ioui & Veneri emollientia, cõglutinantia, & hulcera omnia cohibentia & ſanantia.

Luna verò ſtellæ (ſiue benefica illa, ſiue malefica fuerit) vtri ſe applicuerit, illi ſuffragabitur.

Cœli igitur poſitus medicaturo diligẽter explorãdus eſt, hora q; decubitus, aut ingruentis morbi exquiſitè diſcẽda: Stellę, mutuus q; earundem inter ſeſe habitus conſiderandus. Nihil enim ſine harũ congreſſu, ſiue influxu, in rebus humanis, aut valetudinariũ eſt, aut ſanum. Recurrentes aut acuti nõ oriuntur morbi, nemo Medici ſedulitate leuatur, ſed quantacunq; adhibita diligentia & artis peritia, aut perit æger, aut harum conſpiratione ſeruatur.

Quòd ſi hora decubitus ſatis exquiſitè ſcrutari non poteſt, obſeruãda erit ea, in qua morbus nunciatus eſt, erecta q; figura cœli, poſitus diligenter contemplandus eſt.

Etiam ad quem poſt defluxum Luna applicat, aut à quo ſeparata ad quem defluat: diſiuncta quidem cuius diametro aut quadrãgulo affligatur: cõiuncta quidem cuius congreſſui cõſociata ſuffragetur. Maleficis configurata, ad vitæ deſperationem morbum intendit: Beneficis aſpectu aut cõgreſſu copulata, tunc præſentius & efficacius opitulatur.

Opus erit etiam hac cõſideratione, an Luna curſum intendens lumine decreſcat, an contrarium accidat, nimirum an curſu tardata lumine creſcat, an vtrunque ſimul vſu veniat, an neutrum.

Siquidem ſi Luna poſt Solis cõiunctionem, quando luminis incremento turgeſcere incipit, motu q; velociore prouecta, ſimul etiã quadrangulo Martis affligetur, aut antequàm ad diametrum perueniat, in Martẽ impingat, non occurrente benefica, lętales & pernicio

nicioſos ciebit morbos. Sin autē beneficarū alteri,aut applicuerit aut commixta fuerit, etſi profligata & deſperata valetudine morbidus fuerit proſtratus,tamen ex morbo reuiuiſcet.

Luna verò decreſcente & motu & lumine, potiſſimum quidem Saturni diametro aut quadrangulo infecta,niſi(poſtquā Luna diametrū eius aſſecuta fuerit)ſeſe remiſerit morbus, inſuperabilis erit & lętalis.ſin Luna beneficis obuiauerit,breui à morbo liberabitur.

Præterea meminiſſe oportebit, quòd tam diu morbus intendetur,quādiu Luna citatiore curſu progreditur,etiam morbū in melius mutari,quū curſu tardatur, ſimul etiā nodo ſuperato. Sit hæc quidem conſideratio inſtituta,in primo cuiuſcunq; morbi inſultu

Quicunq; à Saturno autMercurio oppreſſi,morboq; afflicti iacebūt,tardi torpidique ſunt,& mēbra vix ægra trahentes, ex frigore nimirū & defluxione torpentia & obſtructa, paulatim ſeſe prodēte morbo,ægrè,etiā vellicati,expergiſcuntur:taciturni,pauidiq;,veſtimentis etia caloris fomenta quærunt,tenebris gaudent,ſuſpirāt continuò.lentè ſpiritū reſorbēt:breuis eſt pulſus & anxius:ex calidis magnū aſſequuntur leuamētum. Pulſus etiam languidi ſunt & remiſſi, tū corporis ſuperficies arida tota frigidaq;,ſignificat in his curandis opus eſſe calidis,tum emollientibus & conſtringentibus.

Turbidi verò,inquieti & mente moti erunt,qui Martis aut Solis inſultu decumbēt, tota etiam corporis ſuperficie igneo calore accenſa. Suntq; proni in iram, clamore obſtreperi, toruè intuentur, ſitibundi,linguæ arētis ſcabritie: Vini frigidæq; potus tum importuni,balneorum vſus deſiderio detenti:Nullus cibus horum appetētiā acuit:In quoslibet linguæ petulantiā continuo vibrātes.Sunt & hi breui pulſu depreſſoq; noti, ſed inordinato:facie rubicunda, corporis plenitudine grauantur. His cōducibilis eſt vſq; in quintū diē ſanguinis detractio, & ea quæ corporis plenitudinem aut euacuare, aut purgare poſſunt, & quęcunq; auxilia naturæ neceſſitas his morbis remedia reperit & inuenit.

Marti quidem conuenientia Saturno repugnant, vtpote calefacientia,emollientia,obſtructionesq; ſoluentia.

Saturno congruentia à Martis natura recedunt,hoc eſt,quęcūq; refrigerant,adſtringunt & repercutiunt.

Quæcunque etiam cordis paſſiones,& in ore ventriculi obortæ, tum arteriales & arthretricæ, ſimilesq; à Sole & Marte cientur.

Cōtinuæ verò febres,pleuritides,& pulmonis exulcerationes,ſi ue inflam

ue inflammationes,ſimilesq; à Saturno & Mercurio originem trahunt.Atque his morbis refrigerātia aduerſantur,vtpote Solanum, Coriandrum,Intibus,Papaueris ſuccus,radicis Halicacabi cortex, Polygonum, Semperuiuum, Pſyllium, Lens paluſtris, Vitis folia, Ceruſſa,argenti ſpuma,lapis Hæmatites, Portulaca,albumen oui, Lini ſemen, Arundo, Maluæ folia, Malum punicum, Hypociſtis, Cypariſſus,Rubus,Acacia, Mala cotonea, Pyra pyraſtra, alumen, flos vitis ſylueſtris,Palmæ maris fœminæq; fructus, Myrtus,Rhus, οἰνάνθη Roſa viridis,Iuncus,Ladanum,Crocus,Potamogitum.

Calefacientibus quidem tum Sol tum Mars dominantur:Nimirum vt eſt inter alia multa Cyprinum oleum, & omnia odore fragrantia, tum Irinum vnguentum,Cynamomum,Amaracum,Narciſſus,Fœnum græcum, Nardus, Myrrha,Bdellium,Styrax, Cera, Ocimum,Cuminum,Pix liquida & ſolida,adeps, medulla,Galbanum,Iris,Caſia odorata,Spica nardi, Thus Ammoniacum, Ruta, Myrobalanum,Carycę,Granum Gnidium,Appronitrum,Staphis agria,Lapis Aſius,Cyperus,Halcyonium,Helleborus,Pyrethrum, Chryſocolla,Cepa,Allium,Porrum,Raphanus,Cicer. His itaque medicamentis, & quæ his in calefaciendo & emolliendo ſimilia ſunt, dum morbos à Saturno aut Mercurio prouocatos (quod & ex Luna,vt docebimus,diſcere licebit)profligare conabimur.Vtemur autem refrigerantibus & repercutientibus in ea valetudine depellenda,quæ Solis aut Martis ipſa hora decubitus, aut ab initio ingruentis morbi,ſignificationem referet.

Nunc affectus,quos Luna ſingulis in ſignis commixta maleficis proritet,ordine agemus: & quo remedio afflictis opitulandum ſit, monſtrabimus.

CVicunq; verò decumbēti Luna per Arietem (potiſſimum tarda motu & lumine decreſcēs)progrediente, tum Saturni quadrangulo,diametro,aut cōgreſſu vitietur, huic origo morbi ex refrigeratione erit. Nimirum capitis grauedine,& oculis laſcitudine grauatis,tum guttur & arteria catarrho occupantur,& humorū in pectus diſtillatione pulſus debiles ſunt & inordinati:Noctu vehementia morbi intenditur:Interiora omnia exæſtuant : Superficies corporis refrigerata, & partium extremitates frigore torpeſcunt: adeſt animi deliquium,ventriculi faſtidium & ſudores intempeſtiui.His conueniunt calefacientia,emollientia,ventremque ſoluentia:Sanguinis detractio inutilis eſt:Quòd ſi Luna benefico non applicuerit

plicuerit,neque quadrangulo neque diametro aſpexerit, æger nõ ſuperuiuet,ſed morietur. Sin ad beneficũ,ea qua diximus ratione, iũerit,cõmodè conualeſcet æger,aut certè ex vno morbo in alium recidet,deuolutus ad auerſiones nocturnas.

Sin autẽ & Mars ea, qua diximus configuratione Lunã venientem expectat,tum morbus non erit recidiuus, ſed quãdo Luna ad diametrum perueniet , morietur.

Luna in ♈ à ♂ afflicta. Cuicunq; decumbenti in eadem configuratione,aut ad Martẽ, autSolem feretur,huic ex capite oritur morbus,nimirũ ex cerebri membranis afflictis,erũt & febres continuæ,vigiliæ inſomniaq;,os feruidũ,ſitis intollerabilis,& lingua turbulẽta aridaq; : pectoris æſtus,iecoris inflãmatio,pulſus alti,ſublati, inordinati. His ſanitatis ſtudiũ erit à venæ ſectione auſpicandũ, adhibenda ſunt & refrigerãtia & mitigãtia. Aderit & mentis alienatio & phreneſis.Quòd ſi Luna(potiſſimum concitatius eunte)nullus beneficus adfuerit,ſed Saturno aut coniunctione,aut hoſtili aſpectu applicuerit, quando ad illum perueniet Luna, tunc morietur. Quòd ſi benefico Luna obuiauerit, etiam ægro deplorato valetudinem dabit integram.

Luna in ♉ à ♄ afflicta. Si tẽpore ingruẽtis morbi Luna per Taurũ progrediatur &diametro,quadrãgulo,aut coniũctione Saturni afflicta fuerit,maximè tardius prorepente,& eadem lumine minuta, morbũ ex crapula& plenitudine prouocabit,febres ex obſtructione naſcẽtur,præcordiorum & articulorũ labores moleſtabunt,ſublati & alti pulſus,tum inordinati:totius corporis inflammatio,pulmonis exulcerario.His ſanguinis minutio conducet,& omnia talem affectum reprimẽtia. Quòd ſi ad beneficum non ibitLuna, æger morbo ante diametrũ intercipietur : Sed à beneficis adiuta , aut illorũ aſpectu recreata, etiam ex valetudine deſperata reuiuiſcere videbitur æger.

Luna à ♂ in ♉ oppreſſa. Marti verò ſi Luna cõgreſſu oppoſito, aut quadrãgulo in Tauro configurata fuerit, morbũ decumbẽti ex ſanguinis plenitudine producet.Aderunt febres cõtinuæ,totius corporis obſtructio, ceruicis colliq; inflãmatio,oſſiũ cruciatus:vigilię immodicæ & inſomnia,vini & frigidæ cupiditas.Hi venę ſectione multũ leuabũtur,& his omnia extenuãtia, tũ mitigantia conducent.Si itaq;hoc pacto ſæuiente Marte,nullus benefici radius Lunã iuuerit,languidũ nono die extinguet:ſed eius vi,per benefici cum Luna configurationem repreſſa,poſt ſextum diem releuabitur.

Luna in ♊ à ♄ oppreſſa. Luna in Geminis à Saturni radijs afflicta,aut cũ illo copulata, maximè

maximè lumine decreſcẽte,ex vigilijs, inſomnijs aut itineris laſſitudine decubitus cauſam dabit. Articuli velut ſoluti vix cohærere videbũtur:breui morbus ſeſe aperit,aut certè poſt tertiũ diem increſcere incipiet vſq; ad triceſimũ:ingruẽt febriculæ,& totius corporis cõſumptio,noctu ægritudinis violentia grauius vrgebit.Rari ſũt pulſus & parui,ſudor moleſtus eſt,& dolor ſplenis.Si Mars alicũdè infauſtis radijs Lunã affecerit,valetudinarius quidẽ poſt decimũ diẽ vita ſoluetur: Adſiſtẽtibus ſimul & beneficis,& Lunã ſuffragio ſuo iuuãtib. ſanitatẽ poſt diuturnã ægritudinẽ recuperabit.

Luna à ♂ in ♊ oppreſſa. Quicunq; morbo corripietur,Luna perGeminos rapidiore curſu & luminis incremẽto prouoluta,Martisq; infauſto aut cõgreſſu aut aſpectu violata,ille exitiali & lethali valetudine affligetur : febribus cõtinuis,perniciosè ardẽtibus,obſtructionibusq;:pulſus alti erũt & inordinati:ſanguinis diminutione morbi leuamẽtũ aſſequetur.Sin autẽ à nullius benefici aſpectu exhilarata fuerit Luna,ipſoque adeo Saturno coſigurationẽ impediente,tum mors differetur vſque ad oppoſitũ Martis.Quòd ſi àbeneficis Luna aſpicietur,periculoſo morbo defungetur æger, & liberabitur.

Luna in ♋ à ♄ Aduerſa valetudine ex balneis aut frigore orta cõflictantur illi, qui morbi aſſultũ ſentiũt,Luna in Cãcro à Saturno afflicta:aderũt ſimul etiã in pectus deſtillationes,ruſſes,obſtructiones,anguſtiæ,febres exiguæ.Quòd ſi Lunæ nihil auxilij ex beneficis adeſt,ſed cõſpiratione maleficorum opprimitur afflictus morte intercipietur.

Luna in ♋ à ♂ oppreſſa. Similiter Luna à Marte in Cancro oppreſſa , ægritudinis initiũ dabit ex ſanguine,cholera,ventriculi euerſione,& morbus erit arcẽdus refrigerantibus. Quòd ſi fauſti planetæ auxiliaresLunæ radios non ſubmiſerint, circa proximũ quadrãgulũ vita exuetur deploratus. Sin maleficorum impetus beneficorum auxilio retundatur,poſt proximum quadratum liberabitur.

Luna à ♄ in ♌ oppreſſa. Luna in Leone à Saturno afflicta, morbi originem ex ſanguinis plenitudine & redundantia ciebit: excitabit circa totum pectus feruorẽ,præcordiorum tenſiones,febres intenſas, pulſus turbidos, internos & externos ardores. His calefacientia & mitigantia conueniunt,& niſi Lunã opitulentur benefici,moritur in oppoſito Saturni & Lunæ. Sin ſecùs accidat , & ſalutares occurrant planetæ, deſperatus ſuperſtes erit.

Luna à ♂ in ♌ afflicta. Luna in Leone à Marte afflicta,morbos ex plenitudine ſanguinis prouocabit. Aderunt febres fluxæ,vagæ , pulſus languidi,deli-

quiũ animi,nullus appetitus,corporis grauitas, & ſoporis impetus inexpugnabilis, & totius corporis extenuatio debilitasq;,& cordis affectus varij.Hiſce refrigerantibus & adſtringentibus erit ſuccurrendũ. De morbi exitu dira minantur radij maleficorũ in Lunam impacti,& poſt nonũ diẽ occidẽt.Sed ſuccurrẽtes benefici, morbũ poſt oppoſitum Martis propellent.

Luna in ♍ à ♄ oppreſſa.

Luna hoſtilibus radijs,aut iniquo cõgreſſu Saturni inVirgine afflicta,cauſã mali affectus ex concoctione,& vẽtriculi cruditate dabit.Inteſtina,& viſcera,præcordiaq; torminib. corripientur,febres ſtrictæ & inordinatę aderũt. Hi calefaciẽtibus,emollientib.diſſoluentribusq; curãdi ſunt.Sin Luna ad beneficorũ vel corpora,vel radios non fertur, circa 14. diẽ morietur. Sin fracta erit Saturni vehemẽtia, aut à beneficis ſanitati reſtitutus, longæuus eſſe poterit, ſed valetudinarius erit.

Luna in ♍ à ♂ afflicta

Luna hoſtiliter à Marte in Virgine circumſeſſa, ex fluxu vẽtris, inteſtinorum exulcerationẽ , febribus exiguis, & fluxis decumbet æger:pulſus erunt remiſſi,denſi, ventriculi euerſio ſequetur,& cibi faſtidium.Horum valetudo obſtruentibus eſt reprimenda.Quòd ſi Martis ſæuitia à beneficis non reprimatur , ægrotum poſt 30.diem conſumet.Sed repreſſus à beneficis, pernitiem non dabit.

Luna à ♄ in ♎ oppreſſa.

Luna à Saturni aſpectu,aut cõgreſſu in Libra afflicta,ex vini ingurgitatione & crapula,ægrũ affectũ ſuſcitabit , precipuè,& motu & lumine decreſcens,fiet & morbi nocturnus inſultus:circũ caput & pectus ægritudines proritabit,deſtillationes, tuſſes, raucedines, pectus laſſitudine grauabitur,cibi faſtidio ventriculus:acceſſiones febriles noctu duplicabũtur,cõtinui dolores infeſtant, pulſus ſunt remiſſi.Hi ſunt reficiendi calefacientibus.Quòd ſi Luna nullius aſpectui obuiauerit,pręcipuè verò quũ ad diametrũ peruenerit,morbũ ſoluit. Sin per maſcula ſigna moueatur,quouſq; ad circuli diametrũ pertingens,veſperi oriatur,æger inæqualiter,& frequentius morbo impetitus reualeſcet. Sin tardè mota,nullũ in incremento, aut decremento motus,luminisq;,aut quocunque modo interea aſpexerit, ſanguinis fluxũ prouocabit , & circuitu ſuo morbum depellet,longo tamẽ tempore etiã reſtituti,palleſcent adhuc & liueſcent.Quòd ſi Mars configurationẽ quadrangulo impediat,extinguetur, antequam in aliud morbi genus recidet.

δυσεπιστημασίας νυκτεινὰς.

Luna à ♂ in ♎ oppreſſa.

Luna à Marte in Libra oppreſſa , ex ſanguinis plenitudine morbum prouocabit,dehinc febres intẽſas,pulſus ſublatos,vigilias,inſomnia,

ſomnia & totius corporis inflammationẽ.In his à ſanguinis minutione medela eſt exordienda : atque ab eis, quæ talem morbũ depellunt.Sin benefica Lunam afflictam non iuuerit,in ſummum diſcrimen cõiicietur,quouſq; ad diametrum Martis Lunaperueniet. Quòd ſi beneficus radijs Lunæ ſufragetur,reuiuiſcet ægrotus.

Luna in ♏ à ♄ vexata.

Luna in Scorpione à Saturno vexata exulcerationibus,aut bubone ſecreta loca affliget,anum ſcilicet,aut pudẽda. Si numero & lumine creſcat, tollet ab ægro affectum.

Luna in ♏ à ♂ afflicta.

Quòd ſi à Marte Luna curſu& lumine minuta in Scorpione impetatur,ſuccurrente benefica,morbidus conualeſcet. Eadem & de hoc ſigno intelligantur, quæ de reliquis dicta ſunt, ſi quidem eandem Lunæ configurationem habeat.

Luna à ♄ in ♐ oppreſſa.

Luna à Saturno in Sagittario oppreſſa,potiſſimũ lumine & motu decreſcente, ex fluxu & tenuium acerborumq; humoũ decurſu morbum prouocabit,tum articulorum dolores, febris horrorẽ,extremitatũ refrigerationes,corripiet febrientes duplici acceſſu. His mitigantibus & calefacientibus eſt ſuccurrendum,occurſus etiam Lunæ & aſpectus cum beneficis ægrum liberat.

Luna à ♂ in ♐ oppreſſa.

Luna à Marte in Sagitario oppreſſa,lumine & motu accreſcẽte, ex crapula & plenitudine lethales generat morbos, febres fluxas, bilioſos affectus,ventris ſolutionem,pulſus remiſſos,languidos.Iſti ſunt refrigerantibus & obſtruentibus curãdi. Quòd ſi Lunam beneficus nõ aſpexerit,ſeptima die morbidus intercipietur.Sin à benefico aſpiciatur,vſq; ad diametrum Lunę cum Marte ægrotus affigetur,deinde reſtituetur.

Luna à ♄ in ♑ afflicta.

Si Saturnus Lunã in Capricorno opprimat,eaq; tum lumine tũ motu minuatur,ex balneo frigido deſtilationibus tenuibus morbũ prouocat.Adeſt in pectore grauitas,& in pulmone difficultas reſpirandi,tuſſes noctu ingraueſcunt,febres intenſæ ſunt.Horũ morbus mitigantibus &calefaciẽtibus eſt propulſandus.Quòd ſi Luna benefico congrediatur,aut aſpectu aut coniunctione,producet ægritudinem & diuturnam faciet, non tamen lethalem.

Luna in ♑ à ♂ afflicta

Luna à Marte inCapricorno afflicta,morbum ex vomitu & bile prouocat,aut ægra cõcoctione.Affectus iſte eſt periculo plenus:deeſt ventriculo appetitus,moleſta eſt neruorum intenſio,ventris fluxus infeſtat,digitos acuta cholera exaſperat,& exulceratio,continuæ &vagę febres,tum pectoris inflammatio affligunt:pulſus ſunt remiſſi.Huic obſtruentibus & conſtringentibus erit opitulandum.

Quòd si Luna beneficis non applicabit, quando ad Martis oppositum pertinget, morietur. Si Martis violentiam beneficus compescuerit, post septimum diem sanitati restituetur.

Luna à ♄ in ♒ — Quando Saturnus Lunam & tardam, & motu velocem, lumine vel crescente vel decrescente, in Aquario opprimet: ex labore, lassitudine, aut vigilijs morbũ excitaturus est, & illũ in remissione & intensione inæqualem, quousq; ad oppositionem venerit, reualescet, & maximè beneficis Lunam aspicientibus.

Luna à ♂ in ♒ — Si Lunam Mars in Aquario & motu tardam & lumine decrescentem affliget, morbi causa ex acerrimis acutissimisq; affectibus erit, sed æger vno de vicesimo die vires recuperabit, testificante præcipuè benefica.

Luna à ♄ in ♓ — Luna à Saturno in Piscibus afflicta, & motu & lumine minuta, ægros ex refrigeratione balneorũ & distillationum dabit: molestæ erunt febres continuę, rigores, accessionesq; frequentes. suspirationes, mamillarum pũcturę, præcordiorum tensiones. His calefacientibus & mitigantibus erit succurrendum. Quòd si Luna beneficis non occurret, in opposito Saturni morietur. Sin applicabit beneficis, diametro superata sanabitur, sed longum & diuturnum neruorum cruciatum relinquet.

Luna à ♂ in ♓ — Luna à Marte in Piscibus oppressa, & veloce & accrescente, ex plenitudine & vini ingurgitatione morbi causas mouebit. Quare & affectus nocturnis intensionibus augebitur, aderunt deliramenta, phrenesis, capitis dolores, febres ardentes, sitis vehemens, & vini cupiditas. His à venæ sectione sanitatis initium exordiendum est, adhibenda sunt & ea, quæ malum hinc habitum abigere possunt. Si Lunam benefici non iuuerint, in proximo quadrato Martis morietur. Si verò Luna cum Ioue aut Venere in aliquo aspectu fuerit, hoc est, aut quadrangulo, diametro, aut coniunctione. In quocunque etiam signo tempore decubitus progreditur, afflictus post proximam quadraturam aut oppositionem restituetur.

Multum etiam referet, in qua hora primus morbi insultus deprehendetur, obseruare: an eo tempore benefici in ortu sint, aut medium cœli occupent. Plus namq; sic constituti, collapsis alioqui viribus, opis subministrabunt, quàm præstantissimus posset Medicus. Scrutari igitur & diem & horam decubitus exactè oportebit, & mundi positum examinare. Nihil enim homini superuenit, quod ex cœlesti consensu & sympathia non oriatur, & originem ducat.

DE DOMIBVS SIVE COELI FIGVRIS VARIO MODO DESCRIPTIS

IBIDEMQVE PTOLEMÆI MODVS EXPOSITVS.

VARIÆ sagacissimorum hominum speculationes, diuersas cœlestis figuræ descriptiones excogitarunt. Omnes tamen semicirculum quendã in sex partes æquales diuidunt, & per has sectiones & duo cœli pũcta opposita, maximos deducunt circulos, quibus domicilia distinxerũt. Sed variarunt fermè omnes in hoc semicirculi (quod iam audies) descriptione.

Abraham Auenezre, & post hunc Regiomontanus assumunt semicirculum Æquatoris, & ex huius poli duodecim deductis circulis, cœli totius ambitum, in domicilia per Zodiacum inæqualia, per Æquatorem æqualia dispescũt. Simile quidã in eo themate, quod Hali de Cometa suo tempore ante annos 368. apparente descriptum reliquit, licebit animaduertere.

Antiquiores aliquot Zodiaci semicirculum, deductis ex huius Polo circulis, in domicilia æqualia distinguũt, Æquatorem per inæqualia: huius exempla aliquot extant, præcipuè apud Arabes & Iulium Firmicum.

Campanus & Gazulus, semicirculum cuiusdam verticalis circuli (quem super cõmuni sectione Horizontis, & Meridiani tãquam polo descripserunt) per partes æquales distribuerunt, sed ad Zodiacum & Æquatorem collatæ inquales sunt.

Alkabitius & huius cõmentator Ioannes de Saxonia, accipiunt semicirculũ Paralleli per gradum orientem descripti, Meridianóque circulo interceptum, omnesq; circulos ex polo mundi deducunt, nimirum per rectas ascensiones imaginatos.

Porphyrius (vti nuper prodidit L. Gauricus) numerum graduum & minutorum Signiferi, quo distant decima & prima domus, collectum in tres partes æquales diuidebat, & numerum ex diuisione addebat 10. domui: iam hic numerus additus vndecimam constituebat. Similiter & vndecimæ adiiciebat eundem numerum, atq; hoc modo duodecimam determinabat. Nec alia ratione progrediebatur ab Horoscopo vsque ad angulum terræ: & hũc modum Gauricus suo suffragio commendat.

Peperit hæc figurarum varia fluxáque distributio multum incerti in astrologia,& non considerati erroris, dum singuli veterum exempla & iudicia obseruata ad sua domicilia nuper inuenta & excogitata detorquent, quum nouis certè hypothesibus,noua etiã apotelesmata sint accommodãda, aut certis limitibus spaciisq; includenda. Anne improuidus iudex, Soli aut Lunæ, Ptolemæi suffragium inconsideratè secutus, vitæ prorogationẽ attribuet,quum illos iuxta horum modorum aliquem in nona aut vndecima deprehenderint? Alter verò sibi peculiarem,in eadem erigenda figura modum secutus, Solem aut Lunam videbit iuxta domorum interstitia in 12. aut 8.abiectos esse,atque illos ab eodem suffragio in hac prorogationis electione probabiliter excludet ? totóque cœlo aberrabit? nec sanè ob aliam causam , quam quòd Ptolemæi limitibus sese non continuerit ? Verùm vt minus hic nobis fluctuaret Ptolemæi verè physica doctrina , visum fuit parum latius ex eodẽ authore eam,quam de cœli figuris erigendis collegimus,rationem recensere,subnixi cõiecturis non friuolis,nec dubia vestigia secuti. Atque sanè, vt rem ipsam dicamus , ad Ptolemæi sententiam proximè Regiomõtanus mihi accessisse videtur. Meminit namq; Ptolemæus etiam hemicycliorum, hora æquinoctiali distantium,(quæ per communes Horizontis & Meridiani sectiones ducũtur) & Æquatorẽ illa vbique temporibus prætergredi æqualibus Zodiacũ partib. inæqualibus. Præterea spacia inter Meridianũ & Horizontem intermedia per inæquales horas mensurat,quod arguit illum non diuisisse Zodiacum æqualib.spaciis, sed Æquatorẽ:alioqui æqualibus horis hæc deductio absolui poterat,nõ inæqualibus:quod statim fusius ostendemus. Adhæc vbi Ptolemæus de prorogatoriis agit locis , vndecimam domum ait hexagono adspicere Horoscopum,eundem medium cœli quadrangulo, nonam trigono. Quod fieri nulla ratione poterit,si in Zodiaco hos aspectus cõsideres, nõ in æquatore,præcipuè si M.C.in circulo meridiano cõstituas(quod Ptolemæum, vbi de deductione prorogatorum explicat , fecisse liquidò constat:Nam prorogatorem in M. C. cõstitutum per rectas ascensiones deducit in Horoscopo per obliquas)& Zodiacum per partes æquales diuidas.Namq; hac distributione admissa ,& M.C. in circulo Meridiano collocato, qui ab Horizonte (Ptolemæo docente) semper sex horis æqualibus distat , fiet aliquando vt M. C. aspiciat Horoscopum trigono & nõ quadrato. Sic in nostra regione 24.

Prædict. Astron. lib.3. cap. de numero annorum.

Prædict. Astron. lib.3.

ne 24. Capricorni culminante oritur Tauri 24. quæ signa inter se Zodiaci triangulo distant, sed Æquatoris quadrãgulo nimirũ 90. gradibus æquinoctialis.Erit ergo hic domuum aspectus in Æquatore,non in Zodiaco metiendus:atque hac ratione hæc domuum configuratio aspectusque in qualibet regione congruet, quod per Zodiacum in partes æquali interuallo distãtes fieri nõ posset vnquàm : & domicilia reliqua per Æquatoris æqualia interstitia esse distinguenda ex Ptolemæi lectione doceri posse mox ostendemus. Nimirum vndecimam domum duabus horis æqualibus à M.C.distare:duodecimam quatuor, & hac via ab angulo terræ ad Horoscopum progrediendum, atque hanc rationem sequutus,pars signi vndecimam domũ occupantis distabit semper eo interuallo à cœli medio,quanta scilicet Æquatoris tempora producẽtur, si horarias eiusdem signi partes per binas horas æquales multiplicaueris , ea quidem satis aperta sunt ex deductione significatorum, & promissorum apud Ptolemæum.non ignoramus hanc domorum distributionem non satis præcisè cum Regiomontano conuenire , tamen quomodo concentus in his sit indagandus,candido lectori aliquando monstrabimus. Sed ante sexennium edidit Commentarium de constitutione Horoscopi Iacobus Peletarius,quod istam inæqualẽ Zodiaci distributionem aliquot argumẽtis infirmare conatus, contendit nobis eum locum eripere, quo Ptolemęus euidenter , dum suffragia de parte exoriẽte colligere docet, aperit inter medij cœli, & ascẽdentis partes esse differẽtiam:atque eundẽ locum esse vel deprauatũ vel obreptitium, vt extenuaret autoritatẽ,qua grauissimè vrgebatur, culpare nititur.Sed contra istam opinionem intercedet Procli,vno tantum sæculo Ptolemæum sequentis,paraphrasis : quæ superioribus annis edita eandem cum Ptolemæo sententiam recenset. Sed esto etiamsi hac in parte nonnihil concederemus Peletario, viro optimè de hoc studiorum genere mereri citra alicuius contumeliam volenti,si donaremus eidem Firmici aliorũque quos citat authoritatem:Obseruandum tamen est nos adhuc ab ista tam expedita & facili ratione erigendi figuram per æqualia zodiaci spatia propter euentuum dimensiones , siue (vt vulgo vocant)directiones excludi,ab ijs inquam,quæ ex interuallo medij cœli,vel per rectas ascensiones,vel per horaria etiam tempora mẽsuramus. orieturque intolerabilis error ob distantiarum inæqualitate,si ex ęquali spatio Zodiaci,planetas siue significatores vel propius

pius medio cœli vel imo cœli admouebimus, vel longius ab eisdem centris promouebimus.

Prorogatoris enim & promissoris deductionē mensurant exactissimè tempora Æquatoris: eamq; per distantiam eorundem à medio vel imo cœlo: idq; iterum per rectas, vel per obliquas ascensiones vel descensiones auxilio horariorum temporum: quod per æquales partes signorum Zodiaci succedere non potest. Quare aut doctrina de euentuum tempore, quæ per directionem fit, nobis abijcienda est, si in istum nos Labyrinthum insinuabimus, & spoliabimur præcipuo prædictionum fructu: aut significatoribus exuenda est omnis prorogatoria dignitas, quando extra centrum M.C. vltrò citroq; deprehenduntur. Et ὡροσκόπα etiam ἄφεσις per quam prorogatori, dum à cœli culmine versus occidentem prolabitur, vel dona beneficorum, vel spolia maleficorum in præcedentia signa æstimamus, nobis quoque abiicienda est, quæ omnia vt cum Ptolemæi doctrina pugnant, ita & ab experientia, & euentibus confutantur, qua re nobis inæquali domorum distributione tantisper vtendum esse consulo, dum aliquis nobis exorietur, qui & istam difficultatem tollere poterit.

Verùm quod ex themate suo euulgato idem Peletarius, istam de æqualitate domorum ex Zodiaci signis opinionem suam, ideo ab experientia asserere contendit, quod Aries ipsi culminare alioqui ex inæqualitate figuræ deberet: qui si in decimum locum natalis eius pro Tauro succederet, ad honores capescēdos ipsum propensius prosperiusq; excitaret: tū quod Sol ex Horoscopo, & ex Leonis ambitioso signo decimæ angulum (vtpote 14. Arietis) radiis Trigonis illustraret: Quæ siderum cōpositio ipsum ad honores (vt inquit) euexisset. Principum gratiam & fauorem conciliasset: in quo tamen nemo fortunam (quod profitetur) expertus est minus prosperam quàm hactenus fecerit, &c. ~~Verùm quia istam paucorum gaz Peletarius, idq; potius ex Arabum placitis quam Ptolemæi agedum eadem ad Ptolemæi doctrinam examinemus, & experiamur ne istam quidem ratiocinationem esse efficacem. Animum namque eius ab ambitiosis præfationibus esse deiectum. Lunam quæ ex aduersos Arietem despicit & Saturnum in Sagittario peregrinantem inquit inuisa est significat. Honorum etiam statum Ptolemæus à decimo non æstimat, sed à Sole Solisq; satellitio. Actionum verò dignitatem à planetarum primum Solis radios exuente, vel cubiciente~~

~~considerat. Verùm quum Sol tali satellitio in eius natiuitate adscriptus, ut iam indicatum est, significator honorum apparuerit, de eorum tamen quæ ipsum bonorum huiusmodi horarii & existimationum, quales forsan expectabat, non præbuisse quum Ptolemæus ita ex eis conijciat, ut eos quamuis superiores quàm reliqui omnes occupent.~~

Cæterùm quod confutat Peletarius de Leone horoscopante in Ciceronis natali, laudo: neq; enim ille natus Nonis Sextilibus, quod Cardanus adfert, sed 3. Nonas Ianuarias, quod ipse lib. 7. & 13. ad Atticum testatur: & Plutarchus confirmat, dum eundem eo die natum esse dicat, quo postea Consules & Flamines pro salute Principis vota nuncuparent, quod ex Caio Iurisconsulto lib. 50. Dig. fieri consueuisse pridie Non. Ianuarias apparet: etiamsi Tacitus illud ad eiusdem mensis Kal. referre videatur. quare sequitur, si Cicero natus est paulo ante Solis ortum (vt Cardano videtur) quod Horoscopum habebit aut Capricornum, aut Sagittarium. Sed, de Ciceronis & aliorum natiuitatibus in Methodo prædictionis nostræ, latiùs agemus. Non negamus etiam ex Ptolemæi lectione duplices cōstitui posse aspectus, in Zodiaco alterum, atque in Æquatore secundum, & potissimum quidem vbi sextilem tardarum ascensionum, & trigonum breuium indicat. Zodiaci namque sexangulo distant quinta Leonis & quinta Libræ, atque hunc si per Æquatoris spacia in nostra regione metieris, inuenies distare 85. tēporibus, 29. scrupulis: qui arcus, ferè circuli quadrantem conficiet. Præterea 25. Piscium, & 25. Cancri Zodiaci trigono distat. Atque hoc interstitium nonaginta Æquatoris tempora cum sextante comprehendet, sub nostra latitudine, nimirum circuli integrum quadrantem, atque in nostra regione si culminet 25. Piscium, orietur Scorp. 25. qui aspectus in Zodiaco triangularis erit. Sed in Æquatore (quod iam diximus) quadrāgularis: nimirum Horoscopus M.C. quadrato aspiciet, sed Æquatoris non Zodiaci. Interim Regiomontani de domuum distributione rationali modo vtare, & illius tabulas directionum adibis, ibi & modū & rationem doceberis. Verùm nos pro nostra quidem latitudine hîc integram tabulam adiecimus ea ratione, vt huius vsus esset, vbi Ptolemæi de prorogatorum deductionibus methodum exponemus, & Reuolutionum erigendarum viam certissimam. Posset

quilibet & pro ſua latitudine ſibi ſimilem facillimè tabulam colligere: Nimirũ ſi primæ columnulæ inſerat aſcenſiones ſuæ regionis obliquas: Dehinc proximè ſubiiciat eas, quę congruunt circulo poſitionis duodecimæ & ſecũdæ, mox quæ tertiæ & vndecimæ, & eaſdem his oppoſitis locis attributas eſſe intelligat, vt hoc exiguo labore ſemper expeditè, & loca, & domorum intercapedines diſtinguere liceat.

Quomodo figura cœleſtis iuxta Ptolemæi & Regiomontani doctrinam erigenda ſit, dato certo tempore, ſub data Regionis latitudine.

PRimùm igitur dato & æquato tempore, ex Ephemeridib. quęre locum Solis, & huius rectam aſcenſionem ex tabulis rectarum aſcenſionum, & hanc in vſum repones. Idq; ſufficit, ſi Sol ſit in Meridiano. Quòd ſi à Meridie, tempus aliquod effluxerit, illud per tabulam ſecũdam conuerſionis temporum Æquatoris vertes in tempora Æquatoris, eiusq; ſcrupula: Et hũc numerum ſic collectum adiicies rectę loci Solis (quem in Meridie obtinebat) aſcenſioni. Hunc arcum ſi quæſieris (ſubtractis 360. temporibus ſi ſuperauerint) in Tabula rectarũ aſcenſionum, inuenies in capite ſignũ culminans, in ſiniſtro latere gradum culminantis ſigni, huic dato tẽpori cõgruentem. Quòd ſi nunc 30. quinquies adieceris ſequentibus domiciliis, produces ordine ſingularum domorum obliquas aſcenſiones, nimirum vndecimæ, duodecimæ, primæ, ſecundæ, tertiæ. Iam vt ſcias, quanta ſit altitudo poli circulorum inchoantium hæc domicilia, inuenies ſub Tabella domorum apud Regiomontanum rationali, ſub noſtra quidem altitudine, parium domiciliorum, nimirũ duodecimæ & ſecundæ 47. graduum ⅓ imparium, ſcilicet vndecimæ & tertiæ 32. graduum: ſed primæ domus aſcenſio obliqua ſemper quærenda eſt, ſub latitudine datæ Regionis. Gradus igitur Eclipticæ, qui tenent initia horum ſex domiciliorũ, patebunt, ſi ſingulas aſcẽſiones ſub ſingulo domorum (vt titulus habet) numero inueſtigaueris. Reliquorum autem ſex domiciliorum cuſpides, habent oppoſitorum domiciliorum dedecatemoria oppoſita, cum eiuſdem gradibus & ſcrupulis. Quòd ſi datarũ aſcenſionum numerus, in area Canonis ſiue Tabula aſcenſionũ, non reperiatur ſatis præciſè, opus erit correctione, ex ingreſſu areali, quę ſic inſtituetur. Conſiderabis arcum aſcenſionis congruentem numero

mero proximè maiori, deinde proximè minori (atque gradum Eclipticæ minori conuenientem ad vſum ſepones) iam minor arcus ex maiore ſubductus, oſtendet differentiam congruentem interuallo vnius gradus Eclipticæ. Huic differentiæ in vſu regulæ proportionum ſemper primus debetur locus, medium occupabit 60. Tertium numerum venaberis, ſi proximè minorem aſcenſionẽ in area Canonis inuẽtam, ex arcu Æquatoris, quem in Canonem inferebas, ſubduxeris. Nunc multiplica vltimum ſiue tertium locũ per medium, & quod hinc colliges, diuide per primum, & habebis partem proportionalem ſiue ὁ ἐπιβαλλον, ſemper addẽdum gradui Eclipticæ in area Canonis correſpondenti arcui Æquatoris proximè minori. Quum contraria ratione arcus Eclipticæ aſcenſionẽ quæris, & ipſis Eclipticæ gradibus adſunt ſcrupul. tunc in inueſtigatione partis proportionalis 60. primum locum occupabit: proximum, numerus qui interuallo vnius gradus conuenit. Tertium ſcrupula illa quæ adhærebant gradui Eclipticæ, atq; hic vocatur Lateralis ingreſſus. Verùm hæc omnia exemplo faciliùs diſcẽtur.

Sit igitur iuxta hanc viam conſtituenda figura cœli, anno 1555. die vndecima Martij, hora à meridie 5. minut. 55. ſecund. 54. quum Sol initium Arietis obtinebit, iuxta noſtram rationem.

Aſcenſio recta loci Solis	29	45	♈
In meridie vndecimæ diei	359	46	
Huic adde arcum Aequatoris conuenientem 5. horis	75	12	
Et ſcrupulis primis 55	13	47	
Secundis 55	0	13	
Summa totius ad datum tempus	448	58	
Hiuc auſer totum circulum, ſcilicet	360	0	
Reſiduum quærendum ſub recta aſcenſione	88	58	*Huic aſcenſio. congruit*
Hinc adde pro vndecima domo	30	0	29. 3. ♎ *adhib. tamen correct.*
Aſcenſio obliqua vndecimæ domus	118	58	*Huic debetur* 8. ♎ 24.
Adde iterum pro duodecima	30	0	
Aſcenſio obliqua duodecimæ	148	58	*Huic congruit* 7. ♍ 6.
Adde pro prima	30	0	
Aſcenſio obliqua primæ domus ſub latitudine 51½	178	58	*Huic reſpondet* 29 ♍ 16 *adhibita correctione.*
Adde pro ſecunda domo	30	0	
Aſcenſio obliqua ſecundæ domus	208	58	21 ♎ 22
Adde pro tertia domo	30	0	
Obliqua tertiæ domus aſcenſio	238	58	19 ♏ 52 1ª *mi.*

Domus	G.	I.			Domus	G.	I.	
10	29	3	♎	*& oppositorum domiciliorum*	4	29	3	♐
11	8	24	♏		5	8	24	♒
12	7	6	♐		6	7	6	♓
1	29	16	♐		7	29	16	♓
2	21	22	♑		8	21	22	♈
3	19	52	♒		9	19	52	♉

Poterit quilibet etiam hanc rationem ſequutus, in Stœffleri Ephemeridibus domorum, rationalem modum ſequi, qui has aſcenſiones conuertit in horas, & horarum ſcrupula. Verùm illius vſus eſſe non poterit in deductionibus ſiue directionibus: quare nos cõſultò, lectoris ſtudioſi gratia, obliquas aſcẽſiones pro noſtra latitudine ſubiecimus, vt haberet, quod in reliquis imitaretur.

De Reuolutionibus, ſiue annuis conuerſionibus.

REuolutionem vulgò vocant, quam Græci φάλαγγι φίλωσιν, nos non ineptè annuam conuerſionem vocabimus, nimirum tempus illud, quo Sol ad idem Æquinoctium vel Solſtitium, aut alium certum locũ reuertitur, quem dato aliquo certo initio occupauerat. Huius expeditio facillima erit, ſi rectè præcedentia didiceris. Nam ſi pro ſingulis anni hoc noſtro ſæculo cõuerſionibus, ad præcedentis anni Horoſcopi obliquam aſcenſionem adieceris 88. tempora, & 49. ſcrupula, conflabis aſcendentis ſigni obliquam aſcenſionem ſub tuo Horizonte, in tempore reuolutionis ſiue reuertentis anni. Ex hac aſcẽſione ſi ſubtraxeris 90. gradus, habebis rectam aſcenſionẽ M.C. tempore reuolutionis: cui ſi addideris 30. quinquies, vt iam diximus in præcedenti præcepto, cõſtitues ordine figuram cœleſtem, vero reuolutionis tempori congruentem.

Verùm ne hæc temporum Æquatoris congeries faſtidioſam coaceruationem prouocaret μιζοπόνοις noſtris, huic rei tabulã peropportunam adiecimus, non tamen vltra duo ſæcula ſine erroris occaſione duraturam, ob cauſas mox explicandas. Quare candide Lector, nihil in his tabulis temerè variaueris, niſi Phænomena has elidant aut explodant.

Adiecimus & aliam tabulam reuolutionibus accommodatam, iuxta Tropici anni veram hoc noſtro ſæculo magnitudinem. Huius

ſus vſum ſic addiſcere licebit. Primò vt conſideres, an anni ab aliquo initio elapſi, deſinant in Biſſextilem, ſiue (quod idem eſt) terminentur in quartum annum. Quod ſi cõtingat, tunc non erit opus alia obſeruatione, quàm vt horarum, & ſcrupulorum coaceruationem, quam (prout in tabula Reuolutionum monſtrabit annorum plenorũ numerus) vnico aut altero ingreſſu colliges, ſemper ab initio dati temporis auferes. Quòd ſi hæc regula locũ non habebit, tunc obſeruandum, an initium illius temporis, cuius cõuerſionem quæres, fuerit Biſſextile, ſiue Intercalare: deinde quotus annus poſt Biſſextilem, primúſne, ſecũdus, an tertius. Tunc inueſtigabis ſingulorum annorum numeros in tabula hac, & ſingulos exſcribito, & titulos conſidera, ſcilicet an addendi ſint inuicẽ, an ſubtrahendi, an ſimul iuncti, ab initio temporis auferendi, an adiiciendi. Hanc ſummam reſerua, & addes vel auferes initio dati tẽporis pro maiore numero addendarũ vel auferendarũ horarũ.

Exempli gratia, pro prima Regula.

Prodierat in hanc lucem generoſiſſ. Princeps Auruſiacus Renatus Chalonius anno 1519. die 4. Februarij, hor. 23. ſcrup. 40. Iã inueſtigandum eſt, quo tempore Sol ad 25. 41. Aquarij reuertetur, poſt annos 24. plenos, nimirum ad locum, quem tempore partus obtinebat. Hìc primum obſeruo, hunc annorũ, ſcilicet 24. numerum terminari in Biſſextilem, quare iuxta primam regulam inueſtigo 20. annos plenos, & inuenio pro 20 annis auferenda 1. 35. 0 nunc pro 4. annis auferenda 0. 19. 0. Hæc ſumma inuicem addita auferenda eſt ex initio dati temporis 1. 54. 0. Qua ablata, monſtratur, Solem 24. anno completo ad 25. 41. Aquarij reuerti, die 4. Februarij, hora 21. 46. anno Domini 1544. ineunte ipſius ætatis anno 25. inchoante ſcilicet 1. 54.

Hæ horæ iuxta Canonẽ Reuolut. conuerſæ in tempora Æquatoris, auferendæ etiam eſſent ex obliqua Horoſcop. aſcenſione, vt oſtenderet verum aſcendens, hoc vero reuerſionis tempore. Inuenies ergo 28 tempora auferenda eſſe ex aſcenſione Horoſcopi naſcentis Principis, cuius aſcenſio erat 53. temporum 0. Vnde ſi 28. auferas, manebunt 25. tempora, 0. aſcenſio Horoſcopi reuolutionis, quæ in tabulis noſtræ Regionis quæſita monſtrabit aſcendere hoc tempore conuerſionis 23. Tauri. Nec alius proueniet numerus, ſi rationem primam ſecutus fueris, hoc modo:

	Temp.	Scr.
Annis viginti plenis debetur ex Canone Reuolution.		
Arcus Aequatoris addendus obliquæ ascensioni Ascendentis	336	20
Quatuor plenis annis	355	16
Summa totius addenda	691	36
Aufer totum circulum	360	00
Hoc residuum addè obliquæ ascensioni	331	36
Obliqua ascensio nascente Principe	53	24
Ascensio obliqua tempore reuolutionis	385	00
Hinc aufer totum circulum	360	0
Ascensio obliqua Horoscopi tempore reuolutionis.	25	00

Exemplum secundi: Sit inuestiganda conuersio anni 22. pleni, hic primùm cõsidero hos 22. annos nõ terminari in Bissextilem, sed ipsum Bissextum duobus annis superare: quare agendum erit iuxta secundam regulam. At natus est Princeps illustrissimus anno 1519. qui superat Bissextum duobus annis, tertio inchoato, conuenit igitur vt reliquos, post vicesimum, duos annos quæramus in Tabula Reuolution. sub titulo illo, qui cõgruit anno post Bissextum tertio. Debentur itaque ex tabula primùm annis 20. plenis 1.35. 0. auferẽda, & duobus plenis annis, sub titulo, Anno post Bissextum tertio, conuenit 12.9.32. auferenda. Summa collecta auferenda ex initio dati temporis 13.44.52. quæ si auferantur ex horis 23. scrup. 40. manebit tempus conuersionis anni 22. hora 9. scrup. 55. post meridiem.

Vides exiguum subesse discrimen, aut nullum, nec multum interesse hoc Canone, an illa Tabula vtaris? Verùm nunquam hæc congruent cum eo tempore, quod apud Alphonsinos statuitur, ob rationem quam mox subiungemus.

De certa anni quantitate constituenda, eiusque metas hactenus tum ampliores tum angustiores fuisse designatas.

DVplex annus à Copernico, tum huius suffragatore Erasmo Rheinholdo constituitur: Sidereus alter, quo spacio nimirũ Sol ad eandem inerrantem stellam reuertitur: Tropicus alter, in quo Sol Zodiaci lõgitudinem emensus, ad idem vel Solstitiũ, vel Æquinoctium redit: Istum 365. diebus, horis 5. scrupul. 49. secund. 16. Illum totidem diebus, sed horis sex, scrup. 9. primis & secundis 39. mensurat. Conuenit ergo æqualis anni Tropici magnitudo cum Alphonsina periodo, & anno. Nunc audi dissimilitudinem.

Aequinoctium æquale interuallo vnius anni Siderei obuiam Soli

Soli progreditur 50. secunda, & 12. tertia: Reuertitur ergo Sol breuiore periodo ad pũctum Æquinoctiorum, quàm ad locum, vnde digressus fuerat, quum Sol priore anno cum Aequinoctio eundem locum teneret.

Erit ergo minor annus Tropicus quàm Sidereus, tanto spacio, quantum nimirum Sol in peragrandis illis 50. secundis & 12. tertiis, conficiet, scilicet trienta vnius horæ cum quincunce, siue 20. scrupulis, & 23. secundis.

Nunc quum hæc Aequinoctiorum progressio, ratione anomaliæ inciterur, aut retarderur, sentiet & hac varietatem (iuxta Copernici hypotheseis) Tropicus annus, quare inæqualis erit, atque hanc quantitatem contrahit aut dilatat anomaliæ Solis in Zodiaco motus: Eccentrotetis eiusdem incrementum vel decrementum, tum apogei solaris instabilitas: quæ omnia quum ad minimam hoc nostro sæculo prostaphæresin accedant, fiet, vt annus Tropicus magnitudine non admodum variet, nec multum superet 365. dies, ho. 5. scrupul. 55. secund. 18. atque hac magnitudine construximus reuolutionum tabulas. Sed si quis longiorem doctioremq; hac de causa cupiat dissertationem, is consulto Ioachimo Rhetico, narratione prima, in Reuolutionum opus Copernici. sibi satisfactum inuenerit: nos iam vltrà properamus: aut eadem ex historia Astronomica nostra petantur.

De Prorogatorum deductionibus siue Directionibus methodus breuissima, iuxta Ptolemæi doctrinam.

NOn est, quòd hic expectes, candide Lector, Theoriam huius pragmatis, quam alio loco exposuimus, hic vsum tantum breuiter ostendendum tibi sumpsimus, atque is facilis est, & satis firmus, neque positionum circulis, neque declinationibus laboriosus. Sed vt memineris, præcedentem locum vocat Ptolemæus, qui ab aliquo certo loco minus distat: sequentem, qui longius. Aphetam, siue Prorogatorem vocat, cuius progressu aut deductione spacia temporum metimur, ~~in quibus [illegible] aut [illegible] nocitura [illegible], aut radium alicuius planetæ.~~ Prorogatoris verò electionem docet Ptolemæus lib, prædict. tertio. Hunc Arabes Hylech vocant.

Valetudinis etiam, ac peregrinationis ſtatum, Horoſcopi progreſſione explorat.

Facultatis incrementum aut decrementum, ex partis fortunæ progreſſu.

[illegible]

Tempora verò illa intelligimus, quæ elabuntur, interea dum ſignificatores interiecta ſpacia pertranſeunt, donec ſuis ſedibus, quas in themate natalicio poſſederunt, egreſſi, ad planetas (vel corpore, vel diametro, vel trigono poſitu, occurſuq; feruntur, ſiue ad illos, cum quibus ab initio triangula, aut ſexangula configuratione diſtabant) perueniant: quæ cum tranſeunt, dicuntur διέρχεσθαι, vulgò vocant abſcindere.

Περίπατον generis nomen eſt Ptolemęo, quo cuiuſlibet ſignificatoris progreſſionem abſoluit.

Ἄφεσις ſpeciei. Huius profectione vitæ prorogatorem deducit ad obuios planetas, aut eorundem aſpectus, vel numerat ſpacium temporis, quo arcus Æquatoris (quibus inter ſe diſtant) emenſi, ſint ad obuia loca, ſiue occurrentia peruenturi. Inter ea, quæ prorogatori obuiantia, mortem, aut mortis periculum adferunt, ſunt ἀναιρετικοδόμοιραι, quas partes lærhales & interimẽtes, à loci malignitate, nominamus (vulgò abſciſores vocant.) Eas cùm pertranſit prorogator, aut ipſi per locum prorogatorem pertranſeunt, vel inſignia nocumenta inferunt, vel interimunt.

Progreſſionem duplici via menſurat Ptolemęus, Ἀκτινοβολίᾳ, ſiue radiorum proiectione, ſecundùm ordinem ſignorum, quum videlicet prorogator eſt in locis Orientalibus, tunc ex ſola radij deductione, ad ſimilẽ ſitum prorogatoris, tempora euentuũ colligit.

Per horaria tempora in conſequentia, & præcedentia tempus metitur, iuxta ſpacia interpoſita inter ſignificatorem, & occurrentes partes, facta cõparatione vtriuſque ad proximum cardinem, ſcilicet

ſcilicet M. C. aſcendentis, aut deſcẽdentis cardinis, vel imi cœli.

Aſcenſionibus rectis vtitur, quando Significator medium cœli obtinet.

Obliquis Regionis aſcẽſionib. vtitur, ſi ſignificator ſit in Oriẽte.

Deſcenſionibus obliquis, ſi in Occidente.

Diſtantiam à cardinibus multiplicat cum horarijs temporibus ipſius Significatoris, ſi fiat deductio per antecedentia, ſiue contra ordinem ſignorum. Sed cum horarijs temporibus promiſſoris, ſi deductio fiat per conſequentia, horaria tempora ſcrutatur ex aſcenſionibus climatis dati. Verùm omnia hæc, vt ſunt induſtriè à Ptolemæo ſummo artifice excogitata, ita ſuam habent difficultatem, niſi exemplis doceantur. Nos paucis admodum mutatis eam rationem dabimus, quę ante aliquot annos proximè ad Ptolemęi ſententiam, à nobis excogitata eſt, vt Prætori Torino, & Ioanni Voirthuſio, tum Ioãni Siluio conſtat: & ſi nuper adeò ferè eadem in Ptolemæi commentariis à Hieronymo Cardano ſint aſſcripta, non ideo ſumus plagij accuſandi, libenter cedimus honori tanti auctoris, & quòd ille nos ſuis ſcriptis anteuerterit, tanto omnium ſtudioſorum bono gratulamur ac gaudemus: etiamſi eadem quæ Cardanus recenſet, in commentariis Georgij Trapezuntij exſtent, quæ in Centiloquium Ptolemæi conſcripſit. Nunc nudum modum accipe.

De Deductionibus ſiue directionibus Planetarum & Significatorum.

E Recta cœli figura prorogatorem vitæ iuxta Ptolemæi ſuffragia elige. Deinde & reliquorum euentuum ſignificatores obſerua. Horũ omniũ diſtantiam à M.C. accipies, deinde & promiſſorum: ſubducta nimirum recta aſcenſione ſignificatorũ, aut promiſſorum ex recta M.C. aſcenſione ſi ſint in ſitu Occidentali: aut M.C. recta aſcenſione, ex ſignificatorum aut promiſſorum aſcenſione recta ſubtracta, ſi ſint in Orientali ſitu. Contrarium erit, ſi ad angulum terræ fiat differentiæ collatio.

Dehinc horaria tempora ſingulorum ex tabula ſubiuncta collige, ſub data regionis latitudine. Diurna quidem tẽpora, ſi Significator fuerit ſupra terram: nocturna, ſi infra terram, quæ habitis diurnis facilè aſſequeris, nimirum ſi diurna tempora ex 30. ſub-

 duxeris,

duxeris, nocturna relinquentur.

Nunc multiplica differentiam rectam Significatoris in horaria tempora Promissoris, productum partire per horaria tempora Significatoris. Quod hac via conflabis, si hoc addideris vel subtraxeris (iuxta cautiones mox dicendas) ex differentia siue distantia Promissoris à medio cœli, residuum docebit, quantum sit interuallum, antequam Promissor ad significatorem perueniet, & tum pro singulis gradibus singulos annos numerat Ptolemæus, ergo 5. scrup. mensem, vnum scrup. sex dies deducet.

Sic absolutę deductioni ex Cardani sententia septuagesimam secundam partem totius numeri semper adiicies: quod quàm verum sit postea declarabimus.

Nũc totum hoc negotiũ iuxta quatuor has cautiones absolue.

Si fuerit.	*Significator Significator*	*In M.C.*	*Nihil addes different. ascensio. sed deduct. fiet per rectas ascensio.*
		Inter M. C. & ascendens.	*Productum ex differentia Promissoris subtrahi debet.*
	Significator & Promissor	*In quadrante Occidentali.*	*Differentia ex producto detrahitur.*
	Significator & Promissor	*In quadrante*	*Occid. Orient.* — *Differentia etiam est producto adijcienda.*

Differentiam voco cuiuslibet loci à M.C. distantiam.

Idem quoque cum oppositis locis faciendum memineris.

Iam compendia quædam adiicimus, dehinc rem alioqui obscuram exemplis nonnihil illustrabimus.

Si significator fuerit in cardine Meridiano super terram, siue infra, subtrahe ascensiones eius rectas, à rectis ascensionibus Promissoris, quod residuum est, monstrabit deductionem.

Sin fuerit in cardine Orientis Sgnificator, tunc auferes ascensiones obliquas Significatoris ex obliqua Promissoris: sic enim reliquum erit interuallum directionis quæsitæ.

Si Significator angulũ Occidentis obtinebit, deductionẽ absolues per obliquas descensiones: subducta namque obliqua descensione Significatoris à descensione obliqua Promissoris, relinquetur deductio inuestigata.

Verùm quum Significator non occupabit aliquos angulos iam dictos, operandum erit omnino iuxta iam traditam in præcedentibus doctrinam.

Nunc

Nunc exempla quatuor subiiciemus & rarissimi & verissimi euentus, vt omnem diuersitatem semel exponamus.

PRIMVM EXEMPLVM.

EDOARDVS VI. ANGLIÆ REX HENRICI VIII. FILIVS.

Natus Anno 1537. die vndecimo Octobris, hora 13. scrup. 51. Latitudine 52 ½. partium.



Cardanus in expositione huius geneseos contẽdit locum decimæ ex Saturni numero in 16. Tauri esse constituendum, idque ex

Ptolemæi doctrina de parte horoſcopante: Sed quum Ptolemæus eo loco agat de partubus legitimo & maturo tẽpore editis, & hũc Regẽ ab vtero matris exciſum ipſe Cardanus referat, Ptolemęi auctoritate abutitur. Iterũ quũ ipſe loca Solis & Lunæ ſubterranea vt ἀφετικὰ deducit, magis contra Ptolemæũ facit, qui illa ἐνότως reiiciẽda pronũciarit: quare ab Horoſcopo vitæ prorogator aſſumẽdus eſt, & ab occurſu ſiue obuiatione ad ipſum, vitę dimẽſio determinada, etiamſi non negemus luminaribus aliquã in tali geneſeos cõſtitutione efficaciã, vitã tamẽ in multis eousq; prorogari vidimus, quouſq; vel Horoſcopo malus aliquis & fatalis locus occurreret. Nũc quũ cõſtet Horoſcopũ hîc eſſe vitæ prorogatorẽ, & Saturnũ obuiaturũ proximè vt anaretã Horoſcopo: & euẽtus docuerit vixiſſe tãtùm annis quindecim, & mẽſibus ferè nouẽ, quis negauerit ita conſtituendas aſcenſiones obliquas, vt proximè ad tale tempus Saturnus anareta Significatori occurrat? nimirum in ea latitudine enaſcẽtis Regis tempora 143. & 57. ſcrupula emerſiſſe? Atqui quũ ex veris obſeruationibus demonſtretur ad datũ tẽpus Saturni locus 15.53. Virginis, cuius obliqua aſcenſio ad eundẽ Horizontem numeretur 159.41. ſubducta Horoſcopi aſcẽſione ex Saturni, reliqua erunt tẽpora 15. ſcrupula 44. quæ conueniunt annis quindecim, menſibus octo, diebus 24. ex præcedenti doctrina. At ſi obiiciat aliquis Veneris præſentiam intra limites octo partium à Ptolemæo definitarum coercere Saturni malignitatẽ potuiſſe. At non ſuccedit Venus Saturno, ſed præcedit, & in ſigno ſi Saturni auctoritas expendatur, à Veneris benigna natura alieniſſimo: quare & Saturnum meritò ἀναιρετὸν conſtituimus. Sed ne culpari poſſit hoc quòq;, quòd luminaria ab omni prorogationis prærogatiua (Ptolemæum auctorem ſequuti) excluſerimus, examinemus & illorum infortunia ὅσαπερ συνοδίτικα circum Regis iſtius interitum. Luna diſtat ab imo cœli temporibus 67. 0. ſcrup. & eius horaria tẽpora nocturna 19.41 1ª. colligẽtur, cui quum ſuccedat aduerſus ex Marte radius in 11. parte, & 52. ſcrup. Aquarij, erit & ille loco Lunari ἀναιρετικὸς. quare quũ oppoſitus Martis ab eodẽ angulo terræ diſtet tẽporibus 80.23. & eius horaria tẽpora 18. & 58 1ª. ſi multiplicetur per hæc horaria tẽpora, diſtãtiã Lunæ ab angulo terrę, colliges 21. tẽpora, 10 1ª. 46 2ª. quæ diuiſa per horaria tẽpora Lunæ, ſcilicet per 19. tempora, 41. ſcru. dabũt 64. tẽpora, 33. ferè ſcru.

quæ

quæ ſi iuxta pręcedentẽ doctrinã auferatur ex Martis oppoſiti ab imo cœlo diſtantia, hoc eſt, ex 80. remp. 23. ſcru. colliges deductionis interuallum, quo Martis aduerſus radius cum Luna aſcendet temporum 15. ſcru. 50. ita vt exiguum quoque interſit ab occurſu illo quo Horoſcopus Saturni fatali ſucceſſione affligitur.

		Hor.	Temp.
☽ *diſtabat ab I.C.*	67 0	19	41
☌ ♄ *ab eodem*	80 23	18	58
Productum ex diſtantia ♄ *auſer.*	64 33		
Tempus quo ☽ ☌ ♄ *obuiat*	15 50		

Solem quoque affligentia loca ſi expenderimus, occurret Martis in 11. Scorp. 53. quadratus, qui quũ diſtet ab angulo terræ temporibus 14.31 1ª. & horaria tempora nocturna habet 18.58. Sol diſtat ab eodẽ angulo 27. temp. 51 1ª. & horaria tempora nocturna loci Solis dantur 17. ſcrup. 23. Nunc multiplicia horaria tempora quadrati Martis per diſtantiam Solis ab angulo terræ, produces 8. temp. 48 1ª. 13 2ª. quæ ſi diuidãtur per horaria tempora loci Solis, produces 30. tempora, 22. ſcrupu. Atqui ex hoc producto ſi auferatur ſecundum tertiam præcedentis doctrinę cautionẽ, diſtantia quadranguli Martis ab imo cœli 14. temp. 31. reliqua erunt 15. tempora, ſcrup. 51. quib. elapſis Solem à quadrato Martis poſſidendum ſignificaretur: eadem ferè ratiocinatio & obuiatio, quo Horoſcopus à Saturno, Luna à Martis diametro vitiantur. Miro certè conſenſu, neglecta vbique ſeptuageſima prima parte, quam Cardanus adiiciendam pręcipit, nos exploratis omnium quas hic proferemus genituris ocioſum iſthuc eſſe, imò numerũ deductionis vitioſa quantitate augere, vti cuilibet experienti manifeſtum eſt, deprendimus. Fieri illud credo quòd loca planetarum in vulgaribus Tabulis ad exactum & verum locum non enumerentur, vt Cardano hac ratione, ſeptuageſima prima pars illa excogitanda, aut ad vitium calculi ſuppiendum, adiicienda videretur: nam eius q; iſthanc Ptolemæum primo libro inſinuaſſe adfirmat, fides apud auctorẽ eſto, mihi nuſquã id veriſimile eo in libro videtur.

Atqui cùm vitalia omnia loca vno eodemq; ſpatio affligantur, ingens mortis diſcrimẽ imminere manifeſtũ fuit, ſi expendamus quoq; perfectiones, omnes in mutua quadrata ſucceſſiſſe deprehendemus, etiã prorogatoria loca trãſitu pernicioſorũ vitiata.

Magnum quod Doctorum [illegible] in-

~~[illegible]~~ discedit EDOARDVS ob prædictas causas anno ætatis suæ decimoquinto exacto, mensibus 8. diebus 28. vti cõsentiunt quoque prædicti occursus in loca interimentia, & quod in anni reditu ἀφέτικὰ loca transitu siue παροδῷ letalium inficerentur.

SECVNDVM EXEMPLVM.

ILLVSTRISSIMVS HEROS RENATVS CHALONIVS, PRINCEPS Orangiæ,

Natus est Bredæ, Anno 1519. die 4. Februarij, hora 23. scrup. 30. P.M. Latitudine Reg. 51 ½.



Hic sine cõtrouersia Solem ex Ptolemæi auctoritate vitæ prorogato

rogatorem colligemus. Nunc vt commodiùs & expeditiùs obuiationes & occursus reliquorũ planetarũ & Promissorũ ad Solem assequamur (nam hic tantùm de vitæ spacio agemus) expendendum est proximè Soli ἀναιρετικὴν μοῖραν ex quadrato Martis succedere, atque quum ille in 23.35. Piscium terminetur, sitq; diurna genesis, & Significator & Promissor supra terram exstent, primùm Solis à M.C. distantiam accipiemus 8. temp. & 9. scrupul. sed Martis quadrati 35. temporum & 9. scrupulorum. Horaria tempora diurna Solis sunt 12. partium, 13. scrup. & quadrati Martis Soli succedentis dantur 14. partium, 32. scrup. Nunc tempus illud inuestigandum erit, quo quadratum Martis ad Solem feretur.

	Temp.	1ª	Hor.	Temp.
Distat ☉ à M.C.	8	9	12	13
□ ♂ à M.C.	35	9	14	32

Multiplico distantiam Solis à M.C. scilicet 8. temp. 9. scrup. per horaria tempora quadrati Martis 14.32. & producuntur 118. temp. 27. scrupul. quæ diuisa per horaria tempora Significaroris, nimirum 12.13, ptoducent 9. tempora, & 42. scrup. quę iuxta secundam cautionem præcedentis doctrinæ auferenda sunt ex distantia Promissoris, hoc est quadrati Martis à M.C. distantia, & reliqua sunt tempora 25. & scrup. 27. quæ æquiualent annis viginti quinque expletis, & mensibus quinque, diebus duodecim.

At quum hic occursus ab initio diri aliquid, aut violenti optimo Principi minitaretur, propter Martis stationarij cum potentibus fixis violentiam, explorauimus num quæ causæ opitularentur, hunc assultum repressuræ, aut minarum vehementiam ipsæ quoque afflictæ intenderent.

Deprehendo itaque Saturni oppositum non longo interuallo abesse ab Horoscopo, quod fiet si ex illius opositi obliqua ascensione subtraxeris obliquam ascendentis aut occidentis anguli descensionem, hoc est, ex Saturni descensione subtraxeris obliquam septimæ domus descensionem.

Saturni obliqua descensio habet tempora	258	58
Septimæ domus descensio	230	48
Tempus deductionis oppositi Saturni	28	10

At obiecerit aliquis ist huc deductionis tẽpus postremũ, hoc est, Saturni ad Horoscopũ obuiationẽ exactè nõ occurrere ascẽdenti: fatebimur id quoq; & ad triennium vsque tardius produci debere

debere. Sed respondebimus isthunc euentum nonnunquam anticipari & anteuerti, idq; vel generali constitutione vrgente, vel inclinante iam & proniore ex præcipuis significatoribus causa, vel si processu vel transitu omnes simul ἀφέται siue prorogatores inficiantur. Auctoritatem quoque desideras? Ptolemæi dabimus, qui κεκακωμένων γὰρ ἅμα τῶν τόπων, ἐν τῷ πρὸς τὴν ἔκβασιν τῶν ἐτῶν τῷ παρόδῳ τῶν ἀστέρων κακοποιούσης τοὺς κυριωτάτους τόπους, αὐτικρυς θανάτους ἐπονομάζειν, pronunciarit. Nunc isthoc Ptolemæi decretum an hic locum habeat expendamus.

In anni reditu siue reuolutione, afflicta videbis præcipua loca progressu & ingressu.

Progressum vocamus anniuersariã illam signorum traductionem, qua singula quæq; in anni reditu cõtinua ab Horoscopo vicissitudine succedunt, quorum gubernatores Ptolemæus ἐνιαυσίους χρονοκράτορας, quasi anniuersarios temporum gubernatores dicas, appellat.

Ingressum voco, quem ille παρόδον vocat, nimirum transitum stellæ, siue verum locum dato tempori congruentem.

Progressum itaque si prosequamur, videbimus præcipua loca afflicta.

☉ ad	25	♓	□	☿
♄ ad	18	♒	locum	☉
☽ ad	12	♊	□ ☿ & ☿ locum.	

At mirabere forsitan, cur Reuolutionum doctrinam non adhibeam in consilium? certè ea figurarum & schematum in Reuolutionibus erectio, situsq; Sole ad sua initia redeunte, nihil nobis frequentissimè tentantibus hactenus præsignificare potuit, dum euentuum anni vertentis genera per significatorum & promissorum concursus examinauimus. Sed magna prædictionum cum euentibus constantia expendimus, an καθολικῶν χρονοκρατόρων, ἢ ἐνιαυσίων (illos aliquando Afridarias, istos profectionum dominos vocant) conspiratione, illorum significata vel adiuuabantur, leniebantur, vel exasperabantur. Hinc & transitus planetarum, & an locorum benignorum aut perniciosorum cum beneficis aut maleficis fieret in transitu permutatio, si mala expectanda obuiationes præsignificarent, & simul benigna aut salutaria loca transitu maleficarum anno vertente vitiabantur, fatalem annum metuendum

dum prędiximus: Si fausta promittebantur, & fœlicia loca profectionum domini, aut transitu, aut radiorum eiaculatione adiuuarent, faustissima omnia. Atque quum hæ extremitates fausti infaustiue rarissimè concurrant, perpendimus in aduersis: num annuus gubernator occursum pernitiosum mitigaret, & tum vitæ desperationem, aut grauissimos assultus præsignari: in prosperis verò, lætam mediocritatem prædiximus. Sin accederet & beneficarum transitus, siue, vt Ptolemæus loquitur, παρόδῳ (quod interpres ineptissimè reuolutionem vertit) & minarum vehementiam tum quoque extenuauimus: quod si ille tantùm lætis in rebus occurreret, spem in conatu emorientem præsagiuimus, nec tali consilio prædictionem instituentes falsi sumus. Sed ex erecto reuolutionis themate, & domorum distributione, situ, transmigrationéue significatorum, quid certi diuinabis, quum communis calculus octodecim horis reuersionem Solis ad Aequinoctium vernum anticipet, nec Solis meatui nisi ad autumnalem sectionem aliquot diebus congruat? quod & Copernicus ex obseruationibus demonstrauit, & nos in Commentariis Astronomicis fusiùs conuincemus. Sed vt redeamus ad geneseos susceptę prædictionem, viden' Solem duplici ratione infortunatum? quem vitæ prorogatorem esse manifestum est: nimirum vertente anno vicesimoquinto obuiatione quadranguli Martis, grauissimè offenditur, & progressus in locum infectum incurrit, Saturnus in locum Solis succedit, Luna in Martis, tot malis concurrentibus anno ætatis suæ 25. expleto, & mensibus sex, magno totius Belgicę luctu, ad Fanum Desiderij ictu tormentarij globi in dextro humero violatus. 14. Iulij, Anno à Christo nato 1544. sequenti die animam efflauit, longo sui desiderio relicto.

TER

TERTIVM EXEMPLVM.

D. LVDOVICVS BREDERODIVS

DOMINVS IN HAVERINCOVRT

velitum Ducis Sabaudiæ

Præfectus,

Natus Anno 1533. die 21. Martij, hora 19. Scrupulo 47. P. M. Latitudine 52. partium.



Decente ſtatura erat, corpore denſo, compacto, neruoſo, πανοπλίᾳ inſtructũ, expanſa palma excipiens ſupra ſe attollebat, hoſti formidabilis, inuictus, armato acerrimus, impetuoſus, & hinc audaciſſimo

daciſſimo Heroi exitiũ. Quarto Idus Auguſti, anno 1557. ad Quintini Fanum incitato procurſu Francorum dextrum cornu ita vrgebat vt propelleret, hic imperterritos vt ſuos accenderet, incautius recluſa galea, hoſti in hanc occaſionem imminenti conto, vt circa frõtem configeretur, ſeſe obiecit, quo ictu diſſipato cerebro, dum perniciosum hoſtem coram ſe iugulari iuſſiſſet, nonnihil recreatus exſpirat,

Imperturbatam depoſuitq; animam.

Mortuo certè quod viuo (vti pijs lacrymis teſtabatur illuſtriſſimus Sabaudiæ Dux) exoptaſſet, maximas habuit gratias, vt qui nõ exiguum momentum ad eam victoriam attuliſſet, qua immortalitati Dux Sabaudiæ D. PHILIPPI inuictiſſimi Regis Legatus conſecrabitur, ob prudentiam militarem, & virtutem in ſummo Imperatore ſingularẽ, qua Equitũ Regis Galliæ Magiſtro & Proceribus quibuſque captiuis, illorum quoque copias fudit, proſtrauitq;. Huic Heroi perniciosum annum viceſimum quintum prædixeramus, ſequuti prædictionũ doctrinã ex cauſis ſubſequẽtibus.

Solem vitæ prorogatorem cum Horoſcopo conſtituimus: quãuis namque Sol limitem duodecimæ domus nondum ſuperauit, tamen proprio in carpento & potẽtiſſimus Horoſcopo ex Sextili ſociabatur & amici Martis radius hexagonus ſuccedit. Explorauimus itaque quo tẽpore & interuallo ad Solem Martis quadratus ſiniſter hoſtili & SoliMartiq; inimico ſigno, ex 19. Tauri, cui & caput Meduſæ longitudine roſpondeat, accederet, ex precedenti doctrina.

	Temp.	1ª	Temp.	1ª
Diſtat ☉ à M. C.	63	16	Hor. 15	56
□ ♂ à M. C.	99	34	Hor. 18	57

Nunc multiplico iterum diſtantiã Solis Significaroris 63. temp. 16. ſcrup. per horaria tempora Promiſſoris 18.57. & producuntur 19. temp. 58 1ª. 55 2ª. quæ ſi diuidantur per horaria tempora Significatoris 15. tempora 56 1ª. colligo 75. temp. 13 1ª. quę iuxta ſecundam cautionem ſubduxi ex 99. temp. 34. ſcrup. Promiſſoris, nimirũ à M. C. diſtantia, & reliqua ſunt tempora 24. & 21. quibus conueniunt anni viginti quatuor, menſes quatuor, dies ſex, tempus nimirum quo ſiniſter Martis quadratus ad Solem conſcendet.

Aliud teſtimonium per Saturni ad Horoſcopum obuiationem

collegimus. Ex tabulis obliquarum aſcenſionum Saturni, obliqua aſcenſio colligitur 61 temporum, 7. ſcrup. Horoſcopi ſub latitudine 52. partium 36. temporum, 45. ſcrup. quòd ſi ſubduxeris ex Saturni reliqua 24, 22. ſcrup. offerunt differentiam temporis, quo elapſo, Saturnus ad Horoſcopum feretur, nimirum anno ætatis vicesimo quarto exacto, & mēſibus quatuor, cum diebus duodecim. Atque quum vterque occurſus perniciosus ſit, & antecedāt vbique beneficarum radij non ſequantur, admonebat Ptolemei expendendas etiam eſſe reliquas ex temporum diuiſione determinationes: nimirū progreſſuum & ingreſſuum. Hic primùm cōſtat ex progreſſuū ratione, eos ad ſua initia: anno 24. vertente, redijſſe, ergo ſub finem anni 25. expleti incidere quoque in loca αὐαιρετικὰ ſiue perniciosa. Transitu quoque locum directionis Saturnus poſſidebat, & Mars diametrum, qui etiam profectionū anniuerſarios gubernatores hoſpicio excipiebant. Quare quum tot malorum concurſu annum ætatis ſuæ viceſimumquintum afflictum videremus, ex Ptolemæi autoritate perniciem imminere vero euentu præſagiuimus. Accedebant & antea quoque (vti ſolent præcipite fatali euentu) periculoſiſſimi caſus occurrere, ad decimum quartum Auguſti afflictiſſimè haſta quoque violabatur, cum Mars αὐαιρετὴς Solis, vitæ prorogatoris, tetragoniſmum Luna cum Saturno aduerſum, Martis locum pertranſiret.

QVARTVM EXEMPLVM.

ALOYSIVS CARVAIALVS ARCHIta Laſſus Hiſpanicus,

Natus Anno 1520. die Sancti Antonij, 17. Ianuarij, horâ 8. ſcrup. 49. P.M. in Beticis Biatiæ.

Latitud. 39. par. Longitud. 10. 0.



Præceſſit luminarium oppoſitus tranſitus in 24. Capricor. die 4. Ianuarij, hora 12. ſequentis noctis, Marte gubernatore cum Saturno: & huic annum 38. valdè fatalē ex Ptolemæi doctrina prædiximus, & cauſas breuibus ſubiiciemus. Horoſcopum ſine exceptione hic vitæ prorogatorem conſtituemus, etiamſi luminarium configuratio aduerſa præceſſerit, vnde aliquid τῆ τυχῆς πληρῶ ſuffragij

fragij accedere queat : ſed huius autoritatem tollit vicinitas duodecimæ, vtcunque tamen Iouis ex quadrato adſpectus adiuuat:ſed quum & ille eo in hoſpitio peregrinetur,& à Sole odiosè ſortis locus excipiatur, parum aut exiguum quiddam ſortis ſiue partis fortunæ locus, quum poteſtas non ſurrogetur, præſtabit: per me tamen liberum eſto cuique ſuam tueri in hac re opinionem,euentus docuit tali partis fortunæ ſitui nihil hic magnopere tribuendum eſſe,quum nulli quidem radij,eo quo perijt tempore, nec ſuceſſu ſortis locum nec corpore affligerent. Cauſam fatalis anni nunc explicabimus. Libram cum Marte nihil habere ſocietatis vel ex Aſtrologicis elementis in aperto eſt, quum aduerſam domum poſſideat Mars,& in Capricorno exaltetur, ipſoque Saturno conditione,ſiue αὑρέσει potentior ſit,qui in iſto domum poſſidet, in illa exaltionem : ſed hoc vtrobique, diurna conditione: prædiximus itaq; Martis quadratum Horoſcopo occurrens perniciem allaturum. At quum proculdubio geneſes quorum conſtitutio vno tantùm Prorogatore potente ſuſtententur, debilis alioqui(vti conſtat experienti) ſit : quid mirum ſi nos ex vno,vehementiore tamen quadrati Martis occurſu, prædixerimus perniciosas minas? Corpus robuſtum,firmum, agileque fuiſſe,ex Horoſcopo quem omnia ex benigno adſpectu aſtra anteceſſione vel ſucceſſione adiuuabant manifeſtum eſt,animum pręſentem,&obfirmatum, Martis & Iouis copulatio cum Saturno præſagiebat: Splendorem & potentiam, Iouis & Sortis cum Mercurio configurationem,ſed & prodigalitatem ob non conſpirantia ſocietatũ loca præſignificabant quæ omnia in iſthoc Heroe nemo non,qui illum in Regiæ Maieſtatis Hiſpaniarum familia agnouerit, fatebitur.

Certè Regiæ Maieſtati fideliſſimam & fortiſſimam fidem pręſtitiſſe,quum ad Dunckerkam & Greuelingam atroſiſſimo & cruentiſſimo prælio Regis ſui auſpicijs Gallorum copias conſcinderet Illuſtriſſimus Heros Comes Egmondanus, celebratiſſimũ eſt, & conſtantiſſimum:quum hic multo labore,& virtutis ſummæ exemplo, ſudore quoque flaccesceret, & puluere ſpiraculorum meatus obſtruerentur, nonnihil animo defecit: mox recreatus, continuo Pegaſarióque equorum curſu, dum pio voto ad Regiã Maieſtatem preuertere contendit reliquos, ſubita ardentiſſimaque

que febri correptus,aliquot dierum interuallo expirauit,quorum euentuum cauſam ex Horoſcopo obuiante Martis tetragoniſmo præſignificatam credidimus, anno ætatis ſuæ triceſimo octauo. Erat namque quadrati Martis in hoc Horizonte obliqua aſcẽſio

	209	*Temp.*	91². *ſcr.*
At Horoſcopi	171	0	*ſcr.*
Summa deductionis quadrati Martis	37	9	*ſcr.*

Nunc quod mali cauſam vehementiſſimè intendebat,ſuccedit Saturni quadrangulus, ex Martis præfectura occurſum gubernans:at anni reuerſio in perniciosa ſiue letalia ſigna traducebatur,hoc eſt in 23. Libre anno vertente, & tranſitu, Luna Ioui in loco Martis coniungitur, quare tempus perniciosiſſimum quum Luna in Libra in loco occurſus,à Martis quadrato ex 26. Cancri affligeretur, die viceſima prima Iulij 1558. qua paulo ante medium diem è viuis exceſſit, quo tempore Sol quoque oppoſitum ab initio locum tranſibat.

CANON

fragij accedere queat : ſed huius autoritatem tollit vicinitas duodecimæ, vtcunque tamen Iouis ex quadrato adſpectus adiuuat:ſed quum & ille eo in hoſpitio peregrinetur,& à Sole odiosè ſortis locus excipiatur, parum aut exiguum quiddam ſortis ſiue partis fortunæ locus, quum poteſtas non ſurrogetur, præſtabit: per me tamen liberum eſto cuique ſuam tueri in hac re opinionem,euentus docuit tali partis fortunæ ſitui nihil hic magnopere tribuendum eſſe,quum nulli quidem radij,eo quo perijt tempore, nec ſuceſſu ſortis locum nec corpore affligerent. Cauſam fatalis anni nunc explicabimus. Libram cum Marte nihil habere ſocietatis vel ex Aſtrologicis elementis in aperto eſt, quum aduerſam domum poſſideat Mars,& in Capricorno exaltetur, ipſoque Saturno conditione,ſiue αὑρέσει potentior ſit,qui in iſto domum poſſidet, in illa exaltionem : ſed hoc vtrobique, diurna conditione: prædiximus itaq; Martis quadratum Horoſcopo occurrens perniciem allaturum. At quum proculdubio geneſes quorum conſtitutio vno tantùm Prorogatore potente ſuſtententur, debilis alioqui(vti conſtat experienti) ſit : quid mirum ſi nos ex vno,vehementiore tamen quadrati Martis occurſu, prædixerimus perniciosas minas? Corpus robuſtum,firmum, agileque fuiſſe,ex Horoſcopo quem omnia ex benigno adſpectu aſtra anteceſſione vel ſucceſſione adiuuabant manifeſtum eſt,animum pręſentem,&obfirmatum, Martis & Iouis copulatio cum Saturno præſagiebat: Splendorem & potentiam, Iouis & Sortis cum Mercurio configurationem,ſed & prodigalitatem ob non conſpirantia ſocietatũ loca præſignificabant quæ omnia in iſthoc Heroe nemo non,qui illum in Regiæ Maieſtatis Hiſpaniarum familia agnouerit, fatebitur.

Certè Regiæ Maieſtati fideliſſimam & fortiſſimam fidem pręſtitiſſe,quum ad Dunckerkam & Greuelingam atroſiſſimo & cruentiſſimo prælio Regis ſui auſpicijs Gallorum copias conſcinderet Illuſtriſſimus Heros Comes Egmondanus, celebratiſſimũ eſt, & conſtantiſſimum:quum hic multo labore,& virtutis ſummæ exemplo, ſudore quoque flacceſceret, & puluere ſpiraculorum meatus obſtruerentur, nonnihil animo defecit: mox recreatus, continuo Pegaſarióque equorum curſu, dum pio voto ad Regiã Maieſtatem preuertere contendit reliquos, ſubita ardentiſſimaque

que febri correptus,aliquot dierum interuallo expirauit,quorum euentuum cauſam ex Horoſcopo obuiante Martis tetragoniſmo præſignificatam credidimus, anno ætatis ſuæ triceſimo octauo. Erat namque quadrati Martis in hoc Horizonte obliqua aſcẽſio

	209	*Temp.*	91². *ſcr.*
At Horoſcopi	171	0	*ſcr.*
Summa deductionis quadrati Martis	37	9	*ſcr.*

Nunc quod mali cauſam vehementiſſimè intendebat,ſuccedit Saturni quadrangulus, ex Martis præfectura occurſum gubernans:at anni reuerſio in perniciosa ſiue letalia ſigna traducebatur,hoc eſt in 23. Librę anno vertente, & tranſitu, Luna Ioui in loco Martis coniungitur, quare tempus perniciosiſſimum quum Luna in Libra in loco occurſus,à Martis quadrato ex 26. Cancri affligeretur, die viceſima prima Iulij 1558. qua paulo ante medium diem è viuis exceſſit, quo tempore Sol quoque oppoſitum ab initio locum tranſibat.

CANON

CANON CONVERSIONIS temporum Æquatoris in horas & horarum ſcrupula æquales.

TABVLA CONuertendi gradus & minuta Æquatoris, in horas & minuta horarum.

Gr.	Tem.	Scru.	Tẽp.	Scr.	Scru.	Tẽp.	Scr.	Gr.	Ho.	M	Gr.	Ho.	M.
1	15	1	0	15	31	7	45	1	0	4	31	2	4
2	30	2	0	30	32	8	0	2	0	8	32	2	8
3	45	3	0	45	33	8	15	3	0	12	33	2	12
4	60	4	1	0	34	8	30	4	0	16	34	2	16
5	75	5	1	15	35	8	45	5	0	20	35	2	20
6	90	6	1	30	36	9	0	6	0	24	36	2	2
7	105	7	1	45	37	9	15	7	0	28	37	2	28
8	120	8	2	0	38	9	30	8	0	32	38	2	32
9	135	9	2	15	39	9	45	9	0	36	39	2	36
10	150	10	2	30	40	10	0	10	0	40	40	2	40
11	165	11	2	45	41	10	15	11	0	44	41	2	44
12	180	12	3	0	42	10	30	12	0	48	42	2	48
13	195	13	3	15	43	10	45	13	0	52	43	2	52
14	210	14	3	30	44	11	0	14	0	56	44	2	56
15	225	15	3	45	45	11	15	15	1	0	45	3	0
16	240	16	4	0	46	11	30	16	1	4	46	3	4
17	255	17	4	15	47	11	45	17	1	8	47	3	8
18	270	18	4	30	48	12	0	18	1	12	48	3	12
19	285	19	4	45	49	12	15	19	1	16	49	3	16
20	300	20	5	0	50	12	30	20	1	20	50	3	20
21	315	21	5	15	51	12	45	21	1	24	51	3	24
22	330	22	5	30	52	13	0	22	1	28	52	3	28
23	345	23	5	45	53	13	15	23	1	32	53	3	32
24	360	24	6	0	54	13	30	24	1	36	54	3	36
		25	6	15	55	13	45	25	1	40	55	3	40
		26	6	30	56	14	0	26	1	44	56	3	44
		27	6	45	57	14	15	27	1	48	57	3	48
		28	7	0	58	14	30	28	1	52	58	3	52
		29	7	15	59	14	45	29	1	56	59	3	56
		30	7	30	60	15	0	30	2	0	60	4	0
								M.	M.	S.		M.	S

Canon

Canon reuolutionum, cõtinens quantum ſingulis annis addendum ſit obliquæ aſcenſioni alicuius dati Horoſcopi, vt aſcendens reuolutionis diſcatur.

Tabula ex magnitudine Tropici anni collecta, ad duo ſecula, ex qua facillimè annuæ Solis conuerſionis tempus diſcitur, dato aliquo initio certo, vt ſuprà.

Aequatoris		
Anni	Tempor,	Scrup.
1	88	49
2	177	38
3	266	27
4	355	16
5	84	5
6	172	54
7	261	43
8	350	33
9	79	22
10	168	11
11	257	0
12	345	49
13	74	38
14	163	27
15	252	16
16	341	5
20	336	20
30	144	30
40	312	42
50	120	53
80	265	24
100	241	46

	Anno poſt biſſextum primo.			
	Anni	Horæ	Scru. 1ª.	Scru. 2ª.
Ad.	1	5	55	16
Ad.	2	11	50	32
Mi.	3	6	14	16
	Anno poſt biſſextum ſecundo.			
Ad.	1	5	55	16
Ad.	2	12	10	32
Mi.	3	6	14	16
	Anno poſt biſſextum tertio.			
Mi.	1	18	4	48
Mi.	2	12	9	32
Mi.	3	6	14	16
	Anno biſſextili.			
Ad.	1	5	55	16
Ad.	2	11	50	32
Ad.	3	17	45	48
Mi.	4	0	19	0
Mi.	8	0	38	0
Mi.	12	0	57	0
Mi.	16	1	16	0
Mi.	20	1	35	0
Mi.	40	3	10	1
Mi.	60	4	45	2
Mi.	80	6	20	2
Mi.	100	7	55	3
Mi.	200	15	51	8

f

Tabula reuolutionum in natiuitatibus ad vnius ſæculi ſpacium, ex vera Tropici anni magnitudine.

An.	Ho.	1ª	2ª	An.	Ho.	1ª	2ª	An.	Ho.	1ª	2ª	An.	Ho.	1ª	2ª
1	5	55	16	26	9	57	0	51	13	58	30	76	18	0	12
2	11	50	32	27	15	52	16	52	19	53	46	77	23	55	28
3	17	45	48	28	21	47	39	53	1	49	2	78	5	50	43
4	23	41	4	29	3	42	48	54	7	44	18	79	11	45	0
5	5	36	20	30	9	38	4	55	13	39	35	80	17	41	16
6	11	31	36	31	15	33	21	56	19	34	51	81	23	36	32
7	17	26	53	32	21	28	37	57	1	30	7	82	5	31	48
8	23	22	9	33	3	23	53	58	7	25	24	83	11	17	4
9	5	17	26	34	9	19	9	59	13	20	40	84	17	22	20
10	11	12	42	35	15	14	25	60	19	15	56	85	23	17	36
11	17	7	58	36	21	9	41	61	1	11	12	86	5	12	52
12	23	3	14	37	3	4	57	62	7	6	28	87	11	8	8
13	4	58	30	38	9	0	13	63	13	1	44	88	17	3	24
14	10	53	46	39	14	55	29	64	18	57	0	89	22	58	40
15	16	49	3	40	20	50	44	65	0	52	16	90	4	53	56
16	22	44	19	41	2	46	0	66	6	47	32	91	10	49	13
17	4	39	35	42	8	41	16	67	12	42	48	92	16	44	29
18	10	34	51	43	14	36	32	68	18	38	4	93	22	39	44
19	16	30	7	44	20	31	48	69	0	33	20	94	4	35	0
20	22	25	23	45	2	27	5	70	6	23	36	95	10	30	16
21	4	20	39	46	8	22	20	71	12	23	52	96	16	25	32
22	10	15	55	47	14	17	36	72	18	19	8	97	22	20	46
23	16	11	12	48	20	12	52	73	0	14	24	98	4	16	2
24	22	6	28	49	2	8	8	74	6	9	40	99	10	11	19
25	4	1	44	50	8	3	14	75	12	4	56	100	16	16	36

Canon reuolutionum per hanc Tabulam.

Annorum numerum ab initio completorum, ſub titulo Annorum exquires, & mox à latere occurrent horæ, Scrup. prima & ſecunda, perpetuo ad initium datum addenda, vt conſtet quo momento Sol vertente anno, ad eundem locum ſuum redibit. Exempli gratia: Natus ſit aliquis anno 1527. die 19. Aprilis, hora prima P. M. Sole 7. partem & 55 1ª. Tauri obtinente. Scire velim anno 1560. vertente, hoc eſt, ætatis eiuſdem 33. expleto, quo tempore Sol ad eundem locum reuertetur. Per 33. annos expletos ſub titulo annorum inuenio, ho. 3. ſcrup. 23 1ª. 53 2ª. addenda nimirum ad horam primam in quam Natalis ante annos 33. inciderat, & conflabo

flabo ſummam horarum 4. Scrup. 23 1ª. 53 2ª. quo tempore Sol ad Tauri 7. par. 55 1ª. anno 1560. reuertitur, die vti conſtat per Ephemerides 18. Aprilis P.M. Nam hoc obſeruandum memineris, an locus Solis ex Ephemerid. cum ſequente an præcedente Natalis die propiùs congruat, vt reuolutionis diem commodius ſecernas: Reliqua quæ huius loci ſunt in ſuperioribus explicantur.

ADDITIO

Hæc tabula expoſitione indiget cùm anni Tropici quantitas, non eadem in diuerſis Zodiaci locis: reſpondet: quemadmodum etiam nec ſingulorum annorum quantitas annua inter ſe conuenit. Laudo tamen anni quantitatem à Rege Hiſpaniæ Alphonſo inſtitutam: quoniam annua conuerſio eſt redditus Solis ad eundem punctum, quem tempore natiuitatis occupauerat. Iſtũ menſurat diebus 365. horis 5. minutis 49. Secundis 16. ferè. Conuenit ergo æqualis anni Tropici magnitudo, cum Alphonſina periodo, & anno. Quare conſtruenda erit genituræ reuolutio (recte Cip. Leon. in ſuis Ephemeridibus) ſecundùm decreta Regis Alfonſi, & non ſecundùm aliorum ſcripta. Et hunc modum eſſe faciliorem, cæterisq; certitorem dicimus, vt ſæpe ſæpiùs obſeruauimus. Quapropter ſanctiſſimus Gregorius papa 13. ſtatuit anni quantitatem ſecundùm Alphonſini obſeruationes, ſcilicet fore horas. 5. minuta 49. Secunda ferè 16. in anni correctione. Quare ſecũdùm talem anni quantitatem conſtruendæ ſunt geniturarum reuolutiones, vt Docet Iunctinus in libello annuarum reuolutionum. Et dicant alij Aſtrologi quicquid voluerint in contrarium: poſtquam experientia ſic nos docuit.

Tabula rectarum ascensionum, congruens huic nostro sæculo

	♈		♉		♊		♋		♌		♍	
	tẽp.	scr.	tẽp.	scr.	tẽp.	scr.	temp.	scr.	temp.	scr.	temp.	scr.
0	0	0	27	54	57	48	90	0	122	12	152	6
1	0	55	28	51	58	51	91	6	123	14	153	3
2	1	40	29	49	59	54	92	12	124	16	154	0
3	2	45	30	46	60	57	93	17	125	18	154	27
4	3	40	31	44	62	0	94	22	126	20	155	54
5	4	35	32	42	63	3	95	27	127	22	156	51
6	5	40	33	40	64	6	96	33	128	24	157	48
7	6	25	34	39	65	9	97	38	129	25	158	45
8	7	20	35	37	66	13	98	43	130	26	159	41
